



Theologiae Spiritualis Scholasticæ Et Moralis Tomvs ...

Ad Mentem Doctoris Subtilis Joannis Duns Scoti D. Augustino Conformem

In quo tractatur de Providentia Divina, Prædestinatione & Reprobatione.

Item de Fide Divina, ejus veritate, obscuritate & credibilitate

Bosco, Jean a

Antverpiae, 1686

Sectio VI. De Reprobatione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73708](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-73708)

SECTIO SEXTA

DE REPROBATIONE.

1.
Quid hic
signifet
nomen Re-
probatio.

Hoc nomen Reprobatio, ut hic ac-
cipitur, est quædam in Deo abje-
ctio creaturæ rationalis quoad ef-
fectum consecutionis vitæ æter-
næ: atque adeo reprobis hic dicitur, qui in
Deo abjectus, sive rejectus est à vita æterna, &
alio nomine vocatur in Scriptura: *Non scitus, O-*
dio habitus, Maledictus, Hædus, Aptus, sive aptatus
ad interitum, Factus in diem malum, Prescriptus in
judicium, Vas ira, Vas contumelia. A Patribus au-
tem appellatur, *Predestinatus ad mortem & inte-*
ritum, & in massa perditionis derelictus, vel iis no-
minibus, quibus jam diximus ipsum in Scriptu-
ra nominari. Soli ergo Scholastici DD. repro-
bationis vocabulum usurparunt modo prius
explicato; qui & reprobos præscitos nomina-
runt. Nunquid contra Scripturam, quæ, ut jam
audivimus, eos vocat, *Non scitos*, Matth. 25. v.
12. *Amen dico vobis, nescio vos?* Minime gentium;
ut patebit ex infra dicendis; non jam amplius
de nomine, de quo satis; sed de re ipsa, quæ
secundum multos Auctores duplex est, una
positiva, altera negativa.

Reprobi ali-
quando vo-
cantur præ-
sciti.

Reprobatio
est duplex.

2.
Aliqui reji-
ciunt nega-
tivam.

Positivam reprobationem Omnes admittunt,
negativam Aliqui rejiciunt: quid utraque sit,
& quas habeant causas, & quos effectus, intel-
lectu difficile est; ideoque DD. Scholastici in
varias abire sententias, quas, pro ratione no-
stri instituti, breviter Lectori decrevimus pro-
ponere, ut omnibus consideratis eligat; salvâ
semper veritate Catholicâ. Igitur, ut incipiamus
ab eo, quod ab omnibus Catholicis admitti-
tur, sit

CONCLUSIO I.

Reprobatio positiva est efficax &
absolutum divinæ voluntatis
Decretum, diviniq; intelle-
ctus judicium de pœna æterna
rationali creaturæ infligenda
propter peccatum finale.

3.
Hac Conc.
est comuni-
nis.

In Theodorus noster sup. n. 689. ex com-
muni sententia, ut ait, DD. Catholicorum.
Conjungit autem judicium eum voluntate; quia
Omnes consentiunt, utrumque actum ad re-
probationem pertinere, sed non eodem modo.
Vide quæ diximus hac Disp. Sect. 1. Conclus.
1. est liquidem eadem ratio reprobationis quo-
ad hoc punctum, quæ prædestinationis, & pro-
videntiæ in communi; quidquid in oppositum
Aliqui videantur sentire, dicentes, prædestina-
tionem incipere à voluntate Dei; reprobatio-

nem autem à judicio; atque adeo hanc collo-
candam esse in intellectu, illam verò in vo-
luntate.

Fundantur: quia in prædestinatione dantur
duo ordines inversi, alter intentionis, qui ordo
principaliter incipit à divina voluntate; alter
executionis, qui ordo incipit à judicio divino
prævidente merita, & consummatur in volun-
tate dandi præmium: at verò in reprobatione
solum datur executio; non verò intentio ante-
cedens, quâ Deus velit damnationem, tanquam
finem, in quem dirigat propria media.

Respondet Felix sup. cap. 6. Diffic. 1. n. 4.
in rebus contingentibus, ut est reprobatio, & præ-
destinatio, voluntas est prima regula, & præ-
reprobatio non incipit à judicio, nisi præpo-
sitive. Secundò: istæ propositiones: *Omnis*
glorificandus prius est gratificandus, & omnis
finaliter peccator est à gloria relegandus, non habent
determinatam veritatem ex se, ut patet, neque
ex divino intellectu; alias non essent veritates
contingentes, sed necessariæ; unde non posset
Deus circa illas aliter operari, quod est falsum;
nam, posito tali judicio, posset Deus non pu-
nire, inferet Felix, in judicio non consistit
reprobatio, sed in voluntate subsequente. Sic
ille. Probatur Sequela: quia sicut prædestina-
tio, sic etiam reprobatio est infallibilis; esse
autem fallibilis, si, posito tali judicio, posset
Deus non punire; fallibilis, inquam, etiam in
sensu composito, id est, posset componi non
punitio eum judicio, quo Deus judicavit, il-
lem esse dignum punitione propter sua demerita.
Patet; quia de facto Deus judicavit, om-
nes homines fuisse dignos puniri propter pri-
mum Adæ peccatum, & tamen non omnes
punivit; sed multos suâ gratiâ à punitione li-
beravit.

Igitur in tali judicio non magis consistit re-
probatio, quàm prædestinatio consistit in ju-
dicio, quo Deus judicat, prædestinatum esse
capacem vitæ æternæ; siquidem, eo solo judicio
posito, potest Deus nolle ipsi dare vitam æter-
nam: ergo consimiliter non debet quis dici re-
probis, quantumcumque demeruerit vitam æ-
ternam, & meruerit damnationem æternam,
nisi accesserit volitio divina ipsum puniendi
propter demerita. Proinde in ista volitione, &
non in tali judicio constituenda est formalis ra-
tio reprobationis. Fateor, in Deo non dari in-
tentionem antecedentem, quâ velit damnatio-
nem, tanquam finem, in quem dirigat propria
merita, & in eo differre prædestinationem à
reprobatione; sed quid tum? Sufficit, quòd de-
tur in Deo voluntas consequens dammandi ho-
mines propter prævisa demerita, ut dicamus,
reprobationem formaliter consistere in actu
volun-

CONCLUSIO II.

In damnatione periturorum meritum malum præcedit iustum Dei iudicium.

Unt ferè ipsissima verba Concilii Valentini S. III. §. 3. ubi sic ait: Fidenter satemur prædestinationem electorum ad vitam, & prædestinationem impiorum ad mortem: in electione tamen salvandorum misericordiam Dei præcedere meritum bonum; in damnatione autem periturorum meritum malum præcedere iustum Dei iudicium. Et quidem misericordiam Dei præcedere meritum bonum, arbitror in superioribus satis declaratum, & ab omnibus Catholicis admittitur: ac verò in damnatione, id est, positivè exclusione à gloria cælesti meritum malum præcedere iustum Dei iudicium, hoc est, de quo hic disputatur, & quod ab aliquibus Catholicis videtur negari, qui volunt non dari causam reprobationis, etiam positivè ex parte ipsius reprobi. Quod addo: quia ex parte Dei, qui (ut dicitur Proverb. 16. v. 4.) *Univerſa propter ſemetipſum operatus eſt; impium quoque ad diem malum*, haud dubium, quin detur aliqua causa, non solum generalis jam assignata, sed etiam particularis, ut infra latius dicitur.

Et verò non solum ex parte Dei, sed etiam ex parte reprobi causam dari positivè reprobationis, quod videtur Concilium sup. declarare; probatur in primis ex illis Scripturis, quæ testantur perditionem hominum reprobatorum ex ipsis, & non ex Deo esse, Osee 13. v. 9. *Perditio tua ex te Israel, tantummodo in me auxilium tuum.* Isaïa 59. v. 2. *Iniquitates vestra dividerunt inter vos, & Deum vestrum, & peccata vestra absconderunt faciem ejus à vobis, ne exaudiret.* Matth. 25. v. 41. & seqq. *Discedite à me maledicti in ignem æternum. Esurivi enim, & non dedistis mihi manducare &c.* Et alibi.

Sed (ut vult Felix sup. Diffic. 3. num. 3.) fortè plura ex his testimoniis sacre Scripturæ efficacia non sunt; nam (inquit) explicari possent de reprobatione in executione, vel de improbis, non de reprobis. Et ita (prosequitur hic Auctor) solum efficaciter probatur ex locis, in quibus dicitur, quod Deus ex misericordia prædestinet; reprobatur verò ex iustitia; ergo propter peccata; quæ differentia non esset, si Deus in intentione prius vellet damnationem, sicut vult gloriam.

Rursus probatur ex illo Ezechi. 18. v. 23. *Numquid voluntatis mea est mors impii?* Et Petri 2. c. 3. v. 9. *Nolens aliquem perire, &c.* Quæ verba propriè intelligi possunt de voluntate intentiva. Sic ille. Nec solum possunt, sed verò debent intelligi de voluntate intentiva, non quidem consequente seu efficaci, ut alibi dictum est, sed

voluntatis, & solum præsuppositivè in actu intellectus.

Ex quo facillè responderetur ad illud, quod aliqui afferunt ex D. Aug. lib. de Dono Persever. cap. 10. (quàmvis id ego ibi non inveniam) Ceteros autem, quos non prædestinavit, reprobavit, id est, ad mortem æternam præsevit peccata. Ubi videtur reprobationem ponere in præscientia, quæ pertinet ad intellectum. Facillè, inquam, responderetur; ad veritatem illorum, & similitum verborum abundè sufficere, quod dicitur reprobatio esse præsuppositivè, aut concomitantè, vel consecutivè actus intellectus. Nam S. Aug. etiam prædestinationem sæpè appellat præscientiam; & tamen illa locutio non convincit, eam esse formaliter actum intellectus, ut ostendimus suo loco.

Hinc etiam non obstat, quod, ut sup. diximus, reprobi communiter dicantur à Scholasticis præciti; nam & prædestinati appellantur præciti ad Romanos 8. v. 29. *Quos præcivit & prædestinavit.* Hoc ergo vocabulum, ut advertit Felix sup. num. 1. commune est prædestinatis, & reprobis: tamen communiter reprobi præciti vocantur; tum, quia species imperfectior generis retinere solet ejus nomen, ut bruti nomen animalis; tum etiam, quia præscientia non significat causalitatem; & ideo reprobi dicuntur præciti, ut denotetur in eis aliquid esse à Deo præciturum, & non causatum, scilicet peccatum: ac verò in prædestinatis nihil conducit ad eorum gloriam, quod non sit à Deo volitum. Unde cum reprobi sint sibi causa suæ damnationis, rectè præciti vocantur; cum verò Deus sit causa salutis electorum, non dicuntur absolute præciti, sed prædestinati. Ita præfatus Auctor. Maneat ergo, quoad hoc punctum non esse discrimen inter prædestinationem, & reprobationem; sed vel utramque esse formaliter actum voluntatis, vel utramque esse formaliter actum intellectus. Interim parum refert quid sentias, ad explicandas difficultates, hic occurrentes circa causas & effectus reprobationis, difficultates sanè quàm maximas, & humano ingenio vix penetrabiles.

Hinc non meis confidens viribus, sed ejus gratiâ, qui facit linguas infantium esse disertas, stringo calamus, & incipio à causa dictæ reprobationis, ad quam perfectius intelligendam, quæro primò: an, sicut in prædestinatione misericordia præcedit meritum bonum, ita quoque in reprobatione iustum Dei iudicium præcedat meritum malum? Responsio erit.

Pars affirmans probatur ex Concilio Valentini.

10. Probatur ex Scriptura.

11. An sit efficacia.

12. Alia probatio.

Confirmatio.

sed de antecedente; nam constat Deum in executione velle mortem impij, & velle aliquem perire, scilicet propter sua peccata; quæ posset evitare, & liberè non vitare. Si ergo Deus in intentione velit omnes salvos fieri voluntate antecedente, quomodo potest in intentione aliquos velle damnare? Nam (inquit Smil. sup. n. 703.) hæ voluntates, Deum velle ex se omnes salvos fieri, quam indicant illæ Scripturæ, & velle Deum ex se, nullâve causâ ex parte hominum intercedente quosdam non fieri salvos, sunt contrariæ.

Smiling.

13. Denique (prosequitur idem Auctor) omnes Scripturæ, quæ testantur, Deum non esse auctorem peccati, etiam virtute testantur, ipsum ex se, & ante prævisum peccatum neminem positivè reprobare à vitâ æternâ; junctis hæc certissimis principiis, & ab Adversariis admissis; nempe, quod reprobatio sit efficax voluntas; quod sit immutabilis; quod Deus neminem velit excludere à vitâ æterna, nisi id meritis sit. Ex his enim ita concluditur: Si Deus aliquos reprobat, vitæ prævisum peccatum; ergo debet ex vi talis voluntatis efficaciter procurare, ut peccent; nam illa voluntas debet habere effectum damnationis, cum sit efficax, & immutabilis; & non potest habere hunc effectum, nisi homo illum effectum peccando mereatur; ergo hoc peccatum debet Deus ex vi illius reprobativæ voluntatis procurare. Unde Lutherus & Calvinus hoc totum concedunt. Sic ille. Sed quàm falsò & impiè hoc concedant, probavimus hæc Disput. Sect. 1. Conclus. 6. quæ asserit, peccata, quàmvis cadant sub providentiam divinam, non tamen esse ejus effectus. Videantur ibi dicta; hic tantum explicabimus unum, aut alterum locum Scripturæ, præmissâ tamen probatione nostræ Doctrinæ ex Conciliis, & SS. Patribus.

Conclusio.

14.

An bene probetur nostra doctrina ex Concilio Araus. & Trid.

Primum Concilium sit Valentinum, in principio Conclus. allegatum, cujus verba apertissima sunt iis, qui habent oculos apertos ad videndum. Fere idem (inquit Felix sup. p. 4.) docet Araus. II. can. 25. ibi: Aliquos vero ad malum divinâ potestate prædestinatos esse, non solum non credimus, sed etiam, si sunt, qui tantum malum credere velint, cum omni detestatione illis anathema dicimus. Et Trid. sess. 6. can. 17. sequentis tenoris: Si quis justificationis gratiam non nisi prædestinati ad vitam contingere dixerit: reliquos vero omnes, qui vocantur, vocari quidem, sed gratiam non accipere, utpote divinâ potestate prædestinatos ad malum, anathema sit. Scire dixit Felix, hæc duo Concilia fere idem docere; siquidem non nominant damnationem, sicut facit Concil. Valentinum: quidni ergo intelligi possint de malo culpæ, non de pœna æternæ, quam propriè significat ly Damnatio? Hæc autem queritur de pœna æterna.

15.

Expendantur verba Tridentini.

Respondet Felix sup. si attentè legantur, de pœna æterna loquuntur, non de culpa. Sic ille. Equidem Trid. can. 6. expressè definierat, Deum non esse auctorem vel causam mali culpæ sive peccati: Si quis dixerit non esse in potestate hominis, vias suas malas facere; sed mala opera, ita ut bona, Deum operari non permissivè solum, sed etiam pro-

prie & per se &c. anathema sit. Non est autem verisimile, secundò idem voluisse definire in eisdem sess. Deinde in can. 17. citato in principio facit mentionem prædestinationis ad vitam, ut patet ex verbis relatis; ergo quando in eod. can. ait: Prædestinatos ad malum, intelligi debet de malo æterno, sive de damnatione. Sed contra: can. 7. solum vult definire etiam reprobis aliquando conferri gratiam justificationis, quâ liberentur à malo culpæ; quod longe diversum est ab eo, quod definitur eand. 6. ut per se patet.

Et sanè Concil. Araus. (quod citatur ad marginem Trid.) locutū fuisse non de malo pœnæ, sed malo culpæ, videtur colligi posse ex præcedentibus verbis, quæ talia sunt: Hæc secundum fidem Catholicam credimus, quod accepta per Baptismi gratiâ omnes baptizati (prædestinati, & reprobis) Christo auxiliante, & cooperante, quâ ad salutem animæ pertinent, possint & debeant, si fideles laborare voluerint, adimplere. Aliquos vero ad malum (id est, ad transgressionem seu non ad impletionem eorum, quæ ad salutem animæ pertinent) divinâ potestate &c. ut sup. Quid ergo ad Conc. Valent. quod, quàmvis generale non sit (ut nec Araus.) tamen ab Ecclesia & Sede Apostolica fuit approbatum? Respondent Adversarii loqui de executione, & non de intentione: quemadmodum sup. insinuavimus, plures Scripturas fontē se explicari posse.

Sed contra est: quod dictum Conciliū distinguat expressè inter prædestinationem, & reprobationem; cum tamē in executione non distinguatur: nam (inquit Felix sup.) ad utramque præcedit causâ; undē eum compararet usam cum altera, si de prædestinatione in intentione loquitur; etiam de intentione reprobationis debet loqui. Sic ille. Nec dicas, solum loquitur de pœna sensus, non de pœna damni: nam hæc est præcipuus terminus & objectū reprobationis: ergo (inquit idem Auctor) de pœna damni loquitur. Interim propter has explanationes putat, oppositâ sententiam non esse contra fidem. Et, amabo, quæ illa sententia opposita? Ex parte reprobis non dari causam reprobationis positivæ in intentione.

Felici consonat Poncius noster in suo Cursu Theologico disp. 7. n. 33. ubi probat dari causam reprobationis positivæ; quia omnino apparere esse contra summam bonitatem divinam, quod velit addicere aliquos pœnæ æternæ absque ulla culpa. Deinde in ipsamet Scriptura passim significatur, damnatos damnari propter sua peccata. Unde (inquit) quantum ad reprobationē executivā est de fide Conclusio (scilicet dari ejus causam) sicut est de fide, quod prædestinatio executiva sit propter merita aut statum gratiæ: non est autem de fide quantum ad reprobationem etiam positivam in ordine intentionis. Probat: nam multi Auctores Catholici existimant, probabile esse, quod, sicut prædestinatio in ordine intentionis antecedit merita prævilâ; ita reprobatio positiva in ordine intentionis præcedit demerita. Et quàmvis sit magna disparitas, quia non est contra bonitatem divinam, contra-

bona absque meritis ex liberalitate sua: tamen videtur esse contra bonitatem ipsius infligere mala perpetua absque demerito, & praesertim mala poeniva damni tam gravia, quam damnati patiuntur. Nihilominus haec disparitas non facit rem de fide; nec est talis, quin aliquis possit ea non obstante tenere, quod non sit contra bonitatem divinam intendere inferre illa mala per media, dependentia à voluntate libera, quae videtur possibilis. Huiusque praefatus Auctor.

Quinimò pro hac sententia referunt Quidam D. Thom. 1. parte q. 23. a. 5. ad 3. Sed Smil. sup. n. 695. & n. 702. eum excusat. Et quàmvis (inquit Felix sup. diff. 3. n. 2. in Scoto 1. dist. 4. 1. 5. Omittendo n. 4. referatur S. Tho. pro hac sententia, non tamen est relatus à Scoto, sed à Marginitis Scoti. Et si relatus esset à Scoto, non verò ut ipse intellexit S. Thomam; sed ut erat intellectus & impugnatus ab Henrico, ut patet ex s. Contra istam, n. 6. & non sua, sed Henrici argumenta contra D. Tho. adducit. Hæc ille. Vide plura apud Theod. sup. Hoc certum est, immenò aliquos Auctores voluisse involvere Catholicos huius sententiae cum hæreticis, Lutheris, Calvinis, & aliis; nam hi addebant (in quo errabant) Deum ex tali intentione reprobationis impellere reprobos in peccata, propter quæ illis iudicium inferret supplicium prædestinatum, quod (inquit Felix sup.) nequaquam Catholici dicunt; immò addunt, præsupponi scientiam peccati, ut talis reprobatio habeat rationem poenae damni. Sic ille.

20. Bona verò poena essentialiter supponit culpam: ac proinde nequit Deus intendere damnationem, sine exclusionem à cælesti gloria; nequit, inquam, intendere per modum iustæ vindictæ seu punitiois, non prævisâ culpâ (saltem pro tempore executionis) ut ut sit de titulo absoluti & perfectissimi dominii, quod Deus habet in omnes creaturas; ratione ejus putant aliqui Catholici, posse ipsum, absque alia causa quempiam excludere à cælesti gloria, & inferre alia mala, quæ de facto damnati patiuntur propter sua demerita. Et allegant pro se S. Aug. lib. de Prædest. & Grat. c. 16. ibi: Si humanum genus, quod creatum primitus constat ex nihilo, non cum debita mortis & peccati origine nasceretur, & tamen ex eis creator omnipotens in æternum nonnullos damnare vellet interitum, quis omnipotenti creatori diceret, quare fecisti sic? Qui enim, cum non essent, esse donaverat, quo sine essent, habuit potestatem: nec dicerent cateri, cur, paribus omnium meritis, divinum discrepare arbitrium; quia potestatem habet sigulus luti ex eadem massa facere aliud quidem vas in honorem, aliud vno in contumeliam.

21. Sed huic loco (qui ad summum probat, id posse fieri, non autem factum esse, de quo hic queritur) huic, inquam, loco (qui desumptus est ex libro, qui à Multis negatur esse D. Aug.) opponitur alius locus ex l. 3. contra Julianum (qui est genuinus sceleris D. Aug.) c. 18. ibi: Bonus est Deus, justus est Deus; potest aliquos sine bonis meritis liberare, quia bonus est; non potest quemquâ sine malis meritis damnare, quia justus est. Item ex Epist. 106 ibi: Hac massa si esset ita media, ut quemadmodum

Tomus II.

nihil boni, ita nec mali aliquid mereretur, non frustra videretur iniquitas, ut ex ea fierent vasa in contumeliam. Cum verò per liberum arbitrium, primi hominis in condemnationem universa deflaxerit, procul dubio, quod ex ea sunt vasa in honorem, non ipsius justitiae, quæ gratiam nulla præcepsit, sed Dei misericordiae: quod verò in contumeliam, non iniquitatis Dei, quæ absit ut sit apud Deum, sed iudicio deputandū est. Similia habet Epist. 105. & lib. 2. de Peccat. meritis & remissis.

Respondent Adversarii, id verum esse ex decreto præfati. Sed hoc nobis sufficit, ut sup. insinuavi. Deinde hæc expositio est omnino libera, & idcirco liberè potest negari, & Augustinus intelligi de potentia absoluta, seu decreto possibili. Et ratio est; quia licet attento præcise dominio Dei sine iniustitia hoc posset (quod forte solum voluit Augustinus, vel quicumque est Auctor, lib. de Prædest. & Grat.) non tamen sine crudelitate, quæ est vitium, independens ab iniustitia: ut si quis mancipium suum sine ulla plane ipsius culpa vehementer torqueat, nemo negabit, illum dominum fore crudelem, etsi non iniustum.

Exemplū efficacius est in cane, vel aliâ bestia, in qua ex vehementia torturæ non oritur periculum peccati; sicut in homine oriretur, qui ita à Deo torqueretur: hoc ergo magis dissonum est à ratione, quàm illud. Maxime, cum Deum, quod est magis pius & misericors, minus debeat sic vexare; sicut indecentius est, Imperatorem vexare subditum, quàm carnificem vel plebejū.

Quod sic intelligas velim, quod ea tortura nulum habeat motivum coonestans, quàm quod sit exercitium domini Dei. Alioqui non negamus, Deum posse infligere innocenti dolores medicinales ad majus bonum innocentis: sicut potest punire temporaliter filium pro patre, quando poena est medicinalis, quæ sustinenti ad majus bonū profitualis hoc repugnat, secundum Adversarios, infinita bonitati Dei; quanto magis, quod innocentē cruciet igne æterni? Quod itaque dicitur de titulo justitiæ, ad summū probat, ipsum non fore iniustum hoc faciendo; non tamen excusat à quocumque alio vitio. Sic enim quis non peccat contra justitiam projiciendo divitias suas in mare, potest tamen peccare contra aliam virtutem, ut clarum est.

Si inferas: ergo Deus non poterit annihilare hominem titulo domini. Negatur Consequentia. Disparitas; quia in annihilatione nihil est de crudelitate, quippe nihil de tortura; solum enim est ablatio existentiae, quam sicut liberaliter dedit, sic etiam potest auferre; quo namque titulo teneretur eam conservare? Hic ergo est solum cessatio beneficii prius collati; ibi verò crudelitas.

Inferis rursum: ergo nequidem leviter posset torquere. Transfert totum, respondet aliquis. Deinde: negatur ab aliis Consequentia: non enim crudelitas consistit in indivisibili; unde levius aliquis dolor posset infligi, non tamen propterea quilibet magnus, sicut est dolor infernalis. Et ita si homo esset creatus in statu puræ naturæ (quod putamus possibile, quidquid Ali-

D d

qui

22.
Responsio
Adversari-
orum.

Rejicitur.

23.
Exemplum.

Titulus do-
mini non
excusat, nisi
ab iniustitia.

24.
Obiectio
soluitur.

Deus potest
annihilare
hominem
titulo do-
mini.

25.
An etiam
leviter tor-
quere.

qui reclamant) posset ipsi infligere aliquos dolores, v.g. cæcitatem, mortem, & similes, quia pauci sunt respectu tormentorum inferni. Deinde illa mala per se sunt annexa naturæ humanæ, & à causis naturalibus proveniunt, quas Deus non tenetur impedire. Denique ibi tantum interveniret, ut statim dixi de annihilatione, subtractio beneficii dati, ad quam cobonestandam sufficit, ut illud liberaliter dederit. Quare & homini melius est, aliquando fuisse, tamen annihiletur, aut patiatur illos dolores, quam nunquam fuisse.

26.
Titulus domini non videtur excusare à crudelitate, Scotus.

Itaque quod dicitur de titulo domini, tantum probat (ut sup. adhuc notavi) quod Deus ita torquendo innocentem, non faceret ei injuriam; videretur tamen esse crudelitas, ut probè notat Scotus l. dist. 41. s. Potest aliter dici, n. 11. ubi tenet sententiam (quæ teste Poncio sup. ut communior, ita longè melior est) asserentem, non habere Deum reprobationem positivam, etiam in ordine intentionis, ante præviâ peccata; tenet, inquam (licet non omnino assensu de finiat) dicens: Potest aliter dici, quod prædestinationis nulla est ratio etiam ex parte prædestinati, aliquo modo prior istâ prædestinatione (scilicet in intentione, quia in executione habet, ut patet ex dictis) reprobationis tamen est aliqua causa, non quidem propter quam Deus effectivè reprobatur, in quantum est actio à Deo... quia tunc Deus esset passivus: sed propter quam ista actio sic terminetur ad istud objectum, & non ad aliud.

27.
Probatur ex Scoto reprobationem habere causam ex parte reprobati.

Probat: Quia damnatio non videtur bona, nisi quia iusta: nam secundum August. super Genes. 6. 24. Non prius est Deus ultor, quam aliquis sit peccator. Videtur enim esse crudelitas, punire aliquem, non præexistente in eo culpa. Igitur à simili, non vult Deus prius aliquem punire, quam videat aliquem esse peccatorem. Quod autem loquatur Doctor de reprobatione in intentione, patet; quia ut jam insinuavi, comparat eam prædestinationi in intentione, quam dicit fuisse sine causa, secus reprobationem. Unde statim post verba relata infert: Non igitur primus actus voluntatis divina circa Iudam est velle damnare Iudam, prout Iudas offertur in puris naturalibus; quia tunc videretur velle damnare sine culpa: sed videtur, quod oportet Iudam offerri voluntati divina sub ratione peccatoris, antequam velit ipsum damnare: ergo, cum reprobare sit velle damnare, reprobatio habebit ex parte objecti ratione aliquam; scilicet peccatum finale prævisum. Sic ille.

28.
Respondetur ad Scotum, primo, quod videtur.

Video responderi posse, Doctorem loqui in casu, quo damnatio foret punitio seu vindicta, quæ essentialiter supponit culpam: qui autem dicunt, Deum posse infligere tormenta inferni innocentem, intelligunt non per modum punitiois aut vindictæ; sed ad ostendendum suum dominium in omnes creaturas. Præterea: Scotus loquitur ibi de eo, quod factum est, non quod posset de potentia absoluta Dei fieri; ergo Scotus non opponitur isti sententiæ, quæ asserit, talem intentionem tormentorum esse possibilem; sed quæ docet, ex præfati decreto Dei sic factam esse reprobationem, sine prævisis demeritis; sicut docet communior sententia, prædestinationem ad gloriam factam esse abque

prævisis meritis.

Profecto SS. Patres nulpam talis intentionis meminerunt, sed ubicumque tractant materiam de reprobatione, supponunt præcessisse demerita in præscientia Dei. Ex mille unus D. Aug. l. 1. c. 1. de Dono persever. c. 8. sic ait: Non finis ingrati, quod secundum placitum voluntatis suæ in laudem gloria gratiæ suæ tam multos liberat misericors Deus de tam debita perditione, ut, si inde neminem liberaret, non esset injustus; ex uno quippe omnes in condemnationem non injustam iudicati sunt ire, sed justæ. Qui ergo liberatur, gratiam diligit, qui non liberatur debitum agnoscat. Et cap. 11. Investigabilis ergo est misericordia, quæ cuius vult miseretur, nulli ejus præcedentibus meritis; & investigabilis veritas, quæ quem vult odorat, ejus quidem præcedentibus meritis; sed cum eo, cuius miseretur, plerumque communibus. Ubi inquit Smil. sup. n. 704. loquitur de obduratione finali, seu propria reprobationem, quemadmodum & de misericordia propria electorum.

Item Epist. 105. Querimus (inquit) meritum obdurationis, & invenimus. Merito namque peccati universa massa damnata est; nec obdurat Deus impiendo malitiâ, sed impetiendo misericordiam. Quis enim non impetitur, nec digni sumus, nec meremur: potius, ut non impetatur, hoc digni sumus, hoc meretur. Querimus autem meritum misericordiae, nec invenimus, quia nullum est. Rursus Epist. 106. hec lego verba, digna consideratione: ita sane ut propter illud, quod inconcussum tenetur, non est iniquitatem apud Deum, quamvis nemo ad illa iustificetur meritis præcedentibus; neminem tamen videmus, nisi merito, noverit. Piè namque & veraciter creditur Deus nocentes atque impios iustificando, a peccatis debitis liberare: quem quæ verò immeritum, & nulli obnoxium peccato si Deus damnare creditur, alienus ab iniquitate non creditur. Similia habet alibi, quæ brevitatis gratiâ omitto, & videri possunt apud Theod. sup.

Pauca subjungo ex Fulgentio, qui secutus fuit Magistrum toto libro 1 ad Monimum idipsum inculcat, & inter alia c. 26. sic ait: Quis Monimus charissime, ut hunc locum Apostoli (ad Rom. 9. v. 21. Quod si Deus volens &c.) diligenter attendamus: namque est, iram Dei dici non posse, nisi ubi creditur hominis iniquitas præcessisse. Neque enim Deus aut ignarus esse potuit aut injustus, qui posset aut peccatis hominis culpam non agnoscere, aut non peccantis iudicium punitiois inferre. Item c. 27. Deus peccata hominum præscientiâ vidit, quibus sententiâ prædestinatione dictavit. Id est, prædestinatione ad pœnam; hæc enim (inquit Smil. sup.) illo libro quem de duplici prædestinatione scripsit, pœnam pro peccatis ad gloriam, & pro destinationem ad pœnam refert in culpam; prædestinationem autem ad gloriam refert in misericordiam; prædestinationem ad culpam censet à Deo esse alienam. Ita Theod.

Quod probè sciens S. Prosp. (alius discipulus S. Aug.) in Resp. ad capitula Gallorum. Sententia super cap. 7. in fine, inquit: Quamvis potentia Dei potuerit vires standi præbere lapsis:

in: *quia tamen ejus non prius eos* (scilicet reprobos) *deservit, quam ab eis deferretur.* Et quia hoc ipsos voluntaria defectioe praestitit, ideo in praedestinationis electione illos non habuit. Item cap. 12. in fine sic ait: *Vires obedientia* bni. Item cap. 12. in fine sic ait: *Vires obedientia* bni. Item cap. 12. in fine sic ait: *Vires obedientia* bni.

Hinc sentent. super cap. 12. in principio: Item (inquit) qui dicit, quod quibusdam vocatis, pie iustique viventibus obedientia subtrahatur, ut obedire iustis, male opinatur de bonitate Dei atque iustitia, ut videatur ad impietatem pios cogere, & innocentiam bonis adimere, cum ipse sit pietatis atque innocentia & largitor & custos. Rursus sentent. super cap. 11. Qui dicit, quod per potentiam Deus homines in peccata compellat (id est, ad peccandum cogat) merito reprehenditur. Similia invenies cap. 2. 3. 15. & ad Objectiones Vincentianas, quae omnia contra haereticos probant, longe disparem esse rationem inter praedestinationem ad gloriam sempiternam, & praedestinationem ad damnationem eternam, ut licet ista facta sit ante praevisionem meritorum; haec tamen non sit facta ante praevisionem demeritorum. Nam, ut sup. adhuc dixi, gloria est finis propriè dictus, ad quem consequendum, Deus ordinavit merita, tanquam media propriè dicta; at verò damnatio, qualis de facto est, nullatenus est finis propriè dictus, ad quem obtinendum Deus ordinavit demerita seu peccata, tanquam media propriè dicta, sed praevisionis peccatis, eam ordinavit tanquam poenam & vindictam iustissimam.

Sed quid ad haec haeretici? Obijciunt potissimum disputationem Pauli ad Rom. 9. v. 11. & sequentibus: *Cum nondum nati fuissent* &c. ubi videtur Apostolus loqui de reprobatione positiva; at hujus causam ex parte reprobi non admittit; ergo &c. Major patet nam de Esau, in persona aliorum reprobatorum, ait: *Esau autem odio habui*, cum tamen nihil mali egisset. Porro odium est positiva detestatio rei, quæ odio habetur, quam etiam significat similitudo figuli, quam ad explicandæ electionis & reprobationis mysterium adhibet Apostolus, dicens v. 22. *Non habet potestatem figulus luti* &c. Figulus autem positive contemnit seu detestatur illam partem malis, ex qua facit vas in contumeliam, ob quod etiam Apostolus utitur verbo *Facienti*, quod positivam voluntatem indicat.

Accedit; quod pro fine reprobationis assignet Apostolus ostensionem iræ seu iustitiæ divinæ, v. 17. *Quia in hoc ipsum excitavi te, ut ostendam iram meam* &c. Et v. 22. *Quod si Deus volens ostendere iram* &c. Ad hanc verò iram pertinet reprobatio positiva. Unde v. 19. *Voluntati ejus quis resistit?* Et quis desiciat voluntatem, cui opponitur resistencia, esse positivam. Ideoque hunc locum Aug. & Fulg. sup. allegati, de reprobatione positiva intellexere, dum dicunt, Deum non esse iniquum, siye injustum, aliquos reprobandos, quia id facit propter demeritum illorum: ita ut videantur negare reprobationem, de qua Paulus ibi, non habuisse causam ex parte

reprobi, cum tamen Paulus dicat v. 11. *Cum nondum nati fuissent, aut aliquid boni egissent, aut mali, scilicet in praescientia Dei.* Ergo ex parte reprobi Apostolus non admittit causam. Quæ est probatio Minoris sup. positæ.

Et confirmatur ex eo, quod dicitur v. 16. *Igitur non volentis, neque currentis, sed miserentis est Dei.* Esset autem reprobatio in potestate volentis atque currentis, si ex prævsa ejus mala voluntate cursuque pendèret; atque adeo posset homo respondere Deo, quod tamen ibi negat Apostolus, dicens v. 20. *O homo tu quis es, qui respondes Deo?* Ergo pendet reprobatio à sola voluntate Dei eo modo, quo praedestinatio, cum de utriusque causa loquatur v. 18. *Ergo cuius vult miseretur, & quem vult in durat.* Sicut ergo ex eo loco bene colligitur praedestinatio ante prævvisionem meritorum, quidni etiam reprobatio ante prævvisionem demeritorum?

Ecce argumentum Adversariorum, cui oportet satisfacere. Respondeo itaque cum Theodoro nostro sup. n. 706. negando Majorem, & dico, Apostolum intelligendum esse de reprobatione negativa, seu non electione, quod plures docent quos ibi citat Smil. & sequitur Felix sup. c. 6. diff. 3. n. 7. Probat ipse: quia Deus nemine vult excludere à vita æterna, nisi id mereatur: Paulus autem docet, reprobationis, de qua loquitur, non esse demeritum in sic reprobo, ut planè convincunt, quæ pro Minore objecti argumenti adferuntur; ergo non loquitur de reprobatione positiva, quæ est voluntas excludendi à vita æterna; loquitur ergo (Concludit Theod.) de reprobatione negativa, quæ est voluntas non concludendi sub numero electorum, vel est voluntas eligendi. Sic ille.

Nunquid audiendus? Profus, supposita veritate Majoris, de qua disputatur, ut patet ex sup. dictis, loquendo de exclusionem in intentione. Hinc non supponenda, sed probanda foret hæc Major. Dicit quidem Smil. ipsam esse manifestissimam in Scriptura, & Patribus, id tamen Adversarii non credunt, ut sup. vidimus. Credant, vel non credant, dico ego; magis congruum esse divinæ bonitati & misericordiae (nam misericordia superexaltat judicium) quod Deus non reprobet positivè, nisi ob peccata prævsa. Cum ergo Apostolus non supponat hic ulla peccata, saltem actualia seu personalia, censendus est loqui de reprobatione negativa.

Atque de hac reprobatione Augustinus & Fulgentium passim explicare d. locum Apostoli, ait Smil. sup. n. 711. & infra patebit, ubi de reprobatione negativa. Quando ergo S. Aug. lib. 1. ad Simpli. q. 2. tractans dictum locum Pauli, ait: *Non igitur odit Deus Esau hominem, sed odit Deus Esau peccatorem.* Et Epist. 105. *Et quid oderat in Esau, antequam fecisset aliquid mali?* Item Enechir. c. 98. *Iacob dilexit per misericordiam gratuitam; Esau autem odio habuit per iudicium debitum;* tantum voluit, juxta Smil. sup. n. 711. quod Deus ex illa reprobatione non inferat reprobationem, seu non oderit illum ad damnationem; sed solum sic oderit, supposita præscientiâ peccati. Quod (inquit) censent (Aug. & Fulgent.)

D d 2

signi

36. Confirmatur.

37. Apostolus intelligendus est de reprobatione negativa. Smiling. Probatur.

38.

Hæc opinio magis congrua bonitati divinæ.

39. De hac reprobatione explicant d. locum Aug. & Fulg.

Smil.

significari illā sententiā Pauli: *Namquid iniquitas apud Deum: Absit.* Nam eā responsione exstimationem, mitigare Paulum, quod praeviserat v. 12. *Non ex operibus, sed ex vocante dictum est ei* &c. quasi innuat Paulus, ante operum quidem praevisionem illum dilectum esse, istum autem non dilectum; Deum tamen, ne iniquus videatur, non decrevisse Elau punire ante praevisum peccatum, saltem originale. Ita Theod.

40.
Quid odii
hic signifi-
cet.

Odium itaque hic non significat nisi negationem dilectionis, vel minorem dilectionem; sicut sumitur Luc. 16. v. 13. *Nemo servus potest duobus Dominis servire, aut enim unum odiet* (id est, non diligit, aut minus diligit) & alterum diligit, &c. Item Luc. 14. v. 26. *Si quis venit ad me, & non odit patrem suum, id est, non minus amat patrem suum, quam me.* Et Joan. 12. v. 25. *Qui odit animam suam in hoc mundo* (id est, minus amat, quam me) *in vitam eternam custodit eam.* Et simili modo in Scriptura, obdurare, exacerare &c. dum tribuuntur Deo respectu hominum, explicantur à SS. Patribus, ut alibi vidimus, negativè, ut idem sint, quod, non emolire, non illuminare, &c.

41.
Quid signi-
ficet ly
Facere in
contume-
liam.
Smiling.

Conformiter accipiendum est ly *Facere in contumeliam*, ut aequivaleat ei, quod est, non facere in honorem. Ut omittam similitudinem figuli, quam Apostolus adducit, non debere per omnia quadrare, sed (inquit Smil. sup. n. 708.) praeclè accipienda est quoad hoc, quod sicut figulus, dum ex una massa quandam partem assumit, eamque effingit in vas honorabile, circa reliquam partem negativè se habet, id est, circa illam, ex vi talis assumptionis, nihil agit, idque pro mero suae voluntatis arbitrio, cum partes massae sint pares; ita Deus pro solo suae voluntatis beneplacito, quosdam ex toto genere humano eligens ex vi talis electionis negativè se habet circa ceteros, non magis ad electionem inepos, quam illos: non est autem similitudo in eo, quod sicut artifex materialis etiam deinde positivè facit reliquam partem massae in contumeliam, nulla existente causa in illa parte; sic etiam Deus reliquam partem hominum positivè destinet in contumeliam, nulla ad hoc faciendum ratione reperta in ipsis hominibus. Ita Theod.

42.
An offensa
ibi as-
signetur à
Paulo pro
causa de-
gat Smil.

Bene dicit: *Reperta in ipsis hominibus*; ne aliquis putaret, sufficere ad reprobationem positivam offensionem virtutis seu irae Dei, ex Apostolo (ut sup. dicebant Adversarii) Rom. 9. *In hoc ipsum excusavi te, ut offenderem in te virtutem meam*, &c. Nam (ut placet Theod. sup. n. 709.) offensio irae, seu iustitiae divinae non assignatur ibi à Paulo pro causa seu ratione reprobationis; sed pro eventu subleuto; ita ut ille modus loquendi non habeat sensum causalem, sed concomitantem, illaque vocula, *Vi*, habeat vim copulativae *Et*, sique sensus; Deus voluit non eligere reprobos, sed derelinquere eos peccare, & positivè praevisione peccati, voluit in ipsis ostendere potentiam, & virtutem suae irae, iustitiaeque punitivae. Talis modus loquendi est ille Joan. 12. v. 37. & 38.

Cum autem tanta signa fecisset coram eis, non crediderunt in eum, ut sermo Isaiae Propheta impleatur. Item v. 39. *Propterea non poterant credere, quia iterum dixit Isaías.* Et c. 19. v. 36. *Ecce sumini haec, ut Scriptura impleatur.* Ad est, Scripturae Prophetarum id praedixerunt futurum, & sic tandem factum atque impletum est. Ita Theod. Rectè, an perperam, parebit ex infra dicendis.

Interim consequenter ait n. 710. ly *Resistere* apud Apostolum sup. non esse idem, quod contraniti; sed esse idem, ac non admi; ut sensus illorum verborum: *Voluntati enim eius quis resistit? sit: Quis, nisi Deo efficaciter resistente, ad bonum conari poterit?* Quod negat Apostolus sequi ex mysterio praedestinationis, & reprobationis: nam, eo non obstante, omnium miseretur sufficienter, dans omnibus gratiam, quā possint converteri, & bene agere, id est, gratiam sufficientem; licet non omnibus det gratiam efficacem, id est, quā convertendi sit, & bene acturi. Quod cur Deus facere noluerit, non est ex parte hominis ulterior ratio. Hinc per modum reprehensionis subiungitur: *O homo tu quis es, qui respondeas Deo?* Id est (inquit Smil. sup.) qui sic interas ex illo libero Dei beneplacito, quo cuius vult, efficaciter miseretur, & cuius non vult, non miseretur efficaciter.

Ex quo patet, meritò Apostolum in eadem Epist. cap. 11. v. 33. ita has admirantis voces exrupisse: *O altitudo divinarum sapientiae & scientiae Dei, quam incomprehensibilia sunt iudicia eius, & investigabiles viae eius!* Et S. Aug. lib. de Spiritu & lit. c. 34. *Si ad illam profunditatem scrutandam quisquam nos coartaret: cur illi ita funderetur, ut persuaaderetur, illi autem non ita: duo sola occurrunt. Interim, quae mihi respondere placeat: O altitudo divinarum! & Nāquid iniquitas apud Deum? Cui responso ista displicet, quærat doctores, sed cur, ne inveniat praesumptores. Item lib. de Dono Persever. c. 8. alias 5. in principio: *Ex duobus itaque parvulis, originali peccato pariter obstrictis, cur isti assumantur, ille relinquatur; & ex duobus arat par grandibus impijs, cur iste ita vocetur ut vocatum sequatur; ille autem aut non vocetur, aut non ita vocetur; inscrutabilia sunt iudicia Dei.* Ex duobus autem pijs, cur huic donec perseverantia usque in finem, illi autem non donetur, inscrutabilia sunt iudicia Dei.*

Quamquam enim dicere quis posset, hoc potius, quam illum esse reprobatum positivè, quia huius praevidit peccata, scetus illius; inscrutabile tamen est, quare Deus huic non tam bene vocaverit vocatione congruā, sicut potuisset facere, & fecisset, si voluisset, quam istum, cum ex parte utriusque sit aequalis ratio; imò aliquando ex parte eius, qui congruè vocatur, plura peccata seu demerita actualia. Item, occulta sunt iudicia Dei circa parvulos, quare uni applicetur Baptismus, & salvetur; alteri verò non applicetur Baptismus, & damnetur; cum uterque, ut rectè S. Aug. jamjam citatus, pariter sit obstrictus peccato originali.

De hac inscrutabilitate placet audire Doct. Subtil. dist. 41. n. 5. Apostolus (inquit) in hoc (cap. 9. ad Rom.) redarguit presumptuos, inquit sentes illa, quorum non sunt cupientes: non autem propter inopiam reddenda rationis, saltem in communi, licet in particulari nesciat, quod malum praevidet Deus in isto, propter quod reprobet eum: & in istis specialibus peccatis praevis est altitudo divitiarum, & sunt iudicia incomprehensibilia. Cui videntur concedere illud vocabulum iudicis: quia iudicium est de particulari agibili. Vident enim non dicimus de principis: praevis, sive de legibus statutis, esse iudicia: sed de aliquo particulari actu iudicatur, secundum principia practica, sive leges statutarum: & ideo, non obstante, quod sit principium practicum statutum per divinam voluntatem, quod omnis praevis finaliter malus damnetur: tamen de particularibus assensibus subaudi, iste praevidetur sic finaliter malus, & ille sic, quasi ex hoc iudicatur iste reprobatus propter hoc, & ille propter illud: ista iudicia sunt inscrutabilia: non enim scit homo, nec potest scire, in quod peccatum Deus vult permittere istum cadere, respectu cuius sit non voluit conferre gratiam, ut sic offeratur tanquam finaliter peccator in illo peccato: & sic propter illud peccatum praevisum reprobetur. Igitur, secundum Scotum, potest dici, ideo esse iudicia Dei inscrutabilia, quia nescit homo, nec potest scire, quod erit peccatum finale, propter quod reprobetur.

Quae cum ita sint, liquidd constat, disputationem illam Pauli Rom. 9. nihil omnino offere doctrinae Catholicae de causa reprobationis positivae. Sed neque rationes, quibus ab Adversariis oppugnatur, eam expugnant. Sicut (inquit) vocatio est effectus praedestinationis: ita permissio peccati reprobationis: ergo reprobatio fit ante praevisionem peccati. Antecedens probatur: nam quidquid requiritur, ut reprobatio ponatur in re, est effectus reprobationis: sed permissio peccati requiritur, ut in re ponatur reprobatio: ergo est effectus reprobationis.

Respondet Felix sup. n. 8. neg. Antecedens. Discretem (inquit) est nam vocatio datur a Deo ex intentione dandi gloriam: permissio vero peccati non provenit a Deo ex fine excludendi a regno: sed supponitur volita ex fine servandi creatam libertatem, & ob alios fines, a Deo cognitos. Unde Major illius probationis: solum est vera de illo, quod ponitur ex vi talis voluntatis, non tamen de omni illo, quod requiritur. Sic ille. Interrogo ego unum verbum: bene sequitur bonum opus est effectus praedestinationis: ergo etiam peccatum est effectus reprobationis? Minime, inquit, quia Deus non quirit esse auctor peccati: sedus boni operis. At vero permissio peccati non est peccatum, sed res bona: cur ergo Deus nequeat peccatum permittere, ut istud puniat poena aeterna: atque adeo ex fine & intentione damnationis aeternae, antea praedestinat, sive praedestinat? Tu cogita.

Ego respondeo eum Scoto 1. dist. 41. n. 12.

dicente: Nec mirum, quod non ponitur similis processus praedestinationis & reprobationis, quia bona omnia attribuantur principaliter Deo, mala autem nobis: & ita Deum praedestinare sine ratione congruit bonitati suae: sed ipsum velle dammare, non videtur sibi immediate posse attribui respectu objecti, ut cogniti in suis puris naturalibus: sed tantum respectu objecti, ut cogniti in peccato mortali finali. Est igitur quidem actus iustitiae. Solum ergo opponatur praedestinatio, & reprobatio positiva ex parte finis: ac proinde negari debet, permissionem peccati, esse medium ad reprobationem, tanquam finem, sive ex natura rei, seu ex ordinatione divina, cum, ut dictum est, saltem minus congruat divinae bonitati, aliquem ordinare ad poenam sine ulla culpa: est ergo illa permissio necessaria solum requisita, ut Deus aliquem ordinet ad poenam.

Idque Scotus sup. explicat hac similitudine: Ponamus duos ex parte sui aequi gratissimos mihi, quorum alterum diligo, alterum non: istum, quem diligo, praedestino ad aliquod bonum, per quod posset mihi placere: illum autem, quem non diligo, non praedestino ad tale bonum: si ita esset, quod in potestate mea esset, permittere eos posse offendere, possem velle permittere utrumque offendere (ubi Scotus infirmitat, illam permissionem esse effectum negativae reprobationis) & ex quo illum perducere non volo ad illud, per quod posset mihi placere, praescribam offensam ejus fore perpetuam: & ita me iuste punire eum. Si inferas: ergo in potestate ejuslibet stat reprobatio, & non reprobatio: & proinde praedestinari, & non praedestinari, quod est falsum.

Respondet Felix de Volunt. Dei c. 6. diff. 3. n. 9. circa finem, concedendū: reprobationem positivam esse in nostra potestate, non vero praedestinationem, positiva enim (inquit) reprobatio non opponitur praedestinationi quoad omnes effectus: sed quoad aliquos, nempe consecutionem gloriae: & sicut praedestinatio quoad hunc effectum est in nostra potestate, supposita primā gratiā: ita & positiva reprobatio. Addo, quod inter praedestinationem, & reprobationem positivam in intentione datur medium, scilicet reprobatio negativa. Sic ille.

Igitur in potestate nostra est reprobatio positiva, etiam in intentione, ut sic loquar; sedus praedestinatio, id est, Deus nemini vult positive damnationem aeternam, nisi praevisto demerito, quod est in potestate hominis; vult tamen omnibus electis gloriam aeternam, antequam praevideat merita, quae sunt in eorum potestate. Si autem a me quaeritur: equo demeritum, sive quae causa reprobationis positivae? Respondeo:

D d 3

CON.

Quod non sit simile processus praedestinationis & reprobationis, ex Scoto.

Prædestinatio & reprobatio positiva opponuntur solum ex parte finis.

50.

Explicatur similitudo na. Scotus.

51.

Reprobatio positiva est in nostra potestate, Felix.

52.

Secus praedestinatio?

CONCLUSIO III.

Causa reprobationis positivæ est peccatum mortale finale.

53. Solum peccatum veniale non sufficit, cum non mereatur damnationem, quæ propriè significat pœnam æternam siue damni, siue etiam sensus: ergo propter solum veniale Deus neminem voluit damnare; adeoque nec reprobare positivè, cum hoc non sit aliud, ut patet ex dictis, quàm velle damnare, hoc est, infligere pœnam æternam secundum mensuram delicti, juxta illud Apocal. 18. v. 7. Quantum glorificavit se, & in delictis suis, tantum date ei tormentum & lucrum. Et istud Deuter. c. 25. v. 2. Pro mensura peccati erit & plagarum modus. Dixi autem signanter: Solum peccatum veniale, propter eos, qui volunt, peccatum veniale in damnatis puniri pœnâ æternâ, siue per se, siue potius per accidens, de qua controversia non est hic disputandi locus. Sufficiat pro nunc oppositam sententiam esse Scoti 4. dist. 21. q. 1. n. 6. ubi sic ait: Dico ergo, quod peccato veniali, siue hoc puniendo, siue in inferno, siue alibi, non debetur nisi pœna temporalis, nec per se, nec per accidens. Probat: Quia secundum se est talis offensa, quæ secundum se puniatur per temporalem.

Peccatum veniale non puniatur in damnatione pœnâ æternâ. Scorus.

54. Probatio.

Nec est inconveniens (prosequitur) pœnam debitam veniali habere terminum in inferno, quia & verè penitens primò, & partem penitentia impositæ explens, & ante totam expletam recidivans in mortale, & in illo mortali decedens pro parte penitentia residua explenda solvet pœnam in inferno, sed non nisi temporalem; quia ex quo in remissione peccatorum prior commutabatur debitum pœnæ æternæ in debitum pœnæ temporalis, nunquam iste est debitor pro illis, nisi pœna temporalis; & per consequens, pœnâ totali solutâ, erit liber ab istis. Ut ut sit de hac doctrina Scoti, quam puto esse veram, licet non sit indubitata, pluribus assertantibus, peccatum veniale in damnatis puniri per accidens pœnâ æternâ, equidem certum est, & ab omnibus admittum, neminem damnari propter solum peccatum veniale, id est, neminem puniri pœnâ æternâ, nisi adit peccatum mortale, quoad culpam non remissum; hoc autem sufficit, ut simpliciter & verè dicamus, peccatum mortale est causa positivæ reprobationis.

55. Omne peccatum mortale non remissum est causa reprobationis positivæ.

Peccatum, inquam, mortale, tam originale, quàm personale, actuale, vel habituale, unum, vel plura. Eo semper salvo, ut non fuerit remissum in hac vita, sed permanserit usque ad mortem, quod significat ly *Finale*, positum in Conclusionem. Alioqui, si remissum fuerit in hac vita, cum pœna inferni propter ipsum solum non infligatur, neque ei soli proportionetur; constat, non esse causam positivæ reprobationis, id est, æternæ damnationis. Et è converso, cum propter omne peccatum mortale finale infligatur pœna inferni, juxta mensuram ejus, nemo

debet, nec verò potest ambigere, quomodo illud sit causa positivæ reprobationis, id est, decreti æternæ damnationis.

Igitur cum fidei sit peccatum originale remitti in hac vita per Baptismum, dicente Concilio Trid. sess. 5. in Decreto originali peccato canon. 5. Si quis per Jesu Christi Domini nostri gratiam, quæ in Baptismo confertur, ratum originale peccati remitti negat, aut etiam asserit, non talem esse, quod veram & propriam peccati remissionem habet; sed illud divi tantum radi, aut non imputari anathema sit. Cumque etiam manifestum sit, multos reprobos esse renatos per Baptismum, atque adeo eis remissum esse peccatum originale, imò aliquos ad tempus justè & sanctè vivere, ut expressè docet S. Aug. de Dono persever. c. 8. & 9. & de Corrupt. & grat. c. 7. & 8. & 13. & alibi; per consequens manifestum est, quod peccatum originale non sit in omnibus adultis, qui reprobantur, causa positivæ eorum reprobationis.

Hercule, si manerent hujusmodi adulti reprobi positivè ob peccatum originale, jam Deus in renatis aliquid odisset; quia ex divino decreto propter illud peccatum maneret illos damnatio, & peccatum originale eis ab ingressu cœli remoretur; contra illud Tridentini cap. In renatis enim nihil odit Deus: quia nihil est damnationis iis, qui verè conscripti sunt cum Christo per Baptisma in mortem: qui non secundum carnem ambulant, sed veterem hominem exuunt, & novam, qui secundum Deum creatus est, induunt, innocentes, immaculati, puri, innoxii, ac Deo dilecti efficiunt, heredes quidem Dei, coheredes autem Christi, ita ut nihil prius eos ab ingressu cœli remoretur.

Manet quidem in Baptizatis, ut ibidem statetur, & sentit hæc sancta Synodus, concupiscentia vel fomes, manent pœnalitates hujus vitæ, sed quid tum? Ergo etiam obligatio ad pœnam æternam potest manere in reprobis; negatur Consequentia. Disparitas colligitur ex Trid. cap. ubi de concupiscentia ait: Quæ cum ad æternam gloriam sit, nocere non consentientibus, sed viris per Jesu Christi gratiam repugnantibus non valet; quæ imò, qui legitime certaverit, coronabitur. Nunquid idem dici potest de pœnâ æternâ, quæ remaneret reprobis ex peccato originali remisso?

Et verò pœnalitates hujus vitæ sustinendo, nunquid quispiam sit nocens, maculatus, impurus, noxius, non dilectus Dei, expers hereditatis æternæ, & impeditus ab ingressu cœli? Patet, quod non. At verò sustinendo damnationem æternam, hæc mala universa reprobationis currunt; ac proinde originale peccatum erit moralis causa oñi divini, erga tales renatos, ipsoque dicetur ob illud manere damnatio, & eos per illud retardari ab ingressu cœli nam, ut bene notat Smif, sup. n. 713, ut aliquid sit causa moralis, non requirit coexistentiam causæ illius, ut patet in Sacramentis, quæ moraliter causant gratiam, etiam dum actu non existunt; ergo si peccati originalis reatus transiverit, siue non, id perinde est ad nostrum propositum. Hinc præfatus Auctor in fine dicti n. patet, a Concilio

Concilio definitam esse nostram doctrinam.

Nec obstat, quod passim Aug. in peccatum originale referat causam reprobationis, quia loquitur de reprobatione negativa, ut infra ostenditur, ubi sermo fuerit de hac reprobatione; in presenti loquimur de reprobatione positiva. Huius autem causam esse peccatum originale, per Baptisma remissum, nusquam docet D. Aug. prout pulchre declarat S. Prosper, ejus discipulus, Responsione 2. ad capita Gallorum, qui Aug. imponebant hunc articulum: Quod ab eis, qui non sunt predestinati ad vitam, non auferantur peccata Baptismi gratia originale peccatum. Hinc, inquam, calumniæ occurrit S. Prosper in his Augustinianæ doctrinæ interpretes ac defensores, dicens loco citato: Omnis homo, qui credit in Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum, regeneratur in Baptismo, tam a propriis peccatis, quæ malæ voluntatis & actione contraxit, quam ab originali, quod à parentibus traxit, absolvitur. Sed relapsus post Baptismum ad infidelitatem, & impios mores qui negat originali peccato fuisse purgatam, tam falsa opinatur, quam qui eundem asserit non aternæ mortis esse damnandum.

Quæ ergo doctrina D. Augustini? Sequitur: Qui enim recedit à Christo, & alienus à gratia finit hanc vitam, quid nisi in perditionem cadit? Sed non in id, quod remissum est, recedit, nec in originali peccato damnabitur: qui tamen propter postremam criminis eam morte afficitur, quæ ei propter illa, quæ remissa sunt, debebatur. Quod quia Dei præscientiam nec latuit, nec fessit, sine dubio talem nunquam elegit nunquam predestinavit, & peritum nunquam ab æterna perditione discrevit. In hac ergo responsione supponit in primis Prosper ex mente Aug. quibusdam reprobis originale peccatum esse remissum. Deinde dicit: illos non recedere in illud peccatum remissum, nec in originali peccato damnandos esse, sed propter postrema crimina, in quibus alieni à gratia finiunt hanc vitam. Denique addit, illos per ea postrema crimina eam morte afficiendos, quæ eis propter illa, quæ remissa sunt, debebatur.

Utique ad significandum, Augustinum (inquit Smil. sup. n. 716.) non constituisse perditionem massæ universaliter in peccato originali (nisi radicaliter, vel conditionaliter seu occasionaliter) sed etiam in peccato personali, in cuius reatu quis finit hanc vitam; ita ut velit, massæ infestationem finalem, sive originale, sive personale esse positivæ reprobationis causam. Sic ille. Rogas: quare dicat: Nisi radicaliter, &c. Respondet: propter quædam Aug. dicta, quæ ita sonant, quasi in solo peccato originali constituitur causam reprobationis; ut illud ex lib. 2. Cor. & gratia e. 7. Ac per hoc, & qui Evangelium non audierunt, & qui, eo audito, in melius commutati perseverantiam non acceperunt; & qui, Evangelio audito, venire ad Christum, hoc est, in eum credere noluerunt. . . . & qui per artem parvulam nec credere potuerunt; sed ab originali noxa solo lavacro regenerationis absolvi; quo tamen non accepto, mortui perierunt; non sunt ab illa consensione discreti, quam constat esse damna-

tam, euntibus omnibus ex uno in condemnationem.

Nam (inquit præfatus Auctor) illud, Ex non causam proximam, sed remotam & radicalem, vel potius non causam, sed occasionem significat: nam propter peccatum originale ita quosdam permittit cadere in peccatum finale, ut id non permisisset, si Adam non peccasset, posteritatemque suam originali habere non infecisset: fuissent enim omnes finaliter justi & salvati. Verumtamen sicut permissio non est propriæ causæ peccati finalis, sed occasio, vel conditio sine qua non; ita peccatum originale non est propriæ causæ peccati finalis, adeoque nec reprobationis; sed solum occasio, vel conditio sine qua non. Hæc ille. Igitur locus iste Aug. etiam intellectus de reprobatione positiva non opponitur nobis, qui tantum negamus, peccatum originale in omnibus adultis esse causam proximam huius reprobationis, quia non in illis, quibus per Baptisma peccatum originale fuit remissum; quippe in illis non est causa damnationis; igitur neque reprobationis positivæ; non enim queritur de causa actus reprobationis in se, cum sit ipse Deus, ut sup. dictum est de actu prædestinationis; sed de causa actus reprobationis, prout terminatur ad effectum, sive de causa effectus.

Cum ergo neque solum originale, ut patet in adultis, qui præter originale quam plurima habent peccata personalia; neque solum personale, ut patet in parvulis, qui nullum tale habent, sit causa damnationis; sed quodcumque peccatum mortale finale, evidenter sequitur, illud esse causam proximam reprobationis positivæ, sive fuerit peccatum originale, sive personale. Si autem quispiam querat, quale originale sit causa reprobationis: An originale, ut fuit in Adamo, veluti in capite, in quo, ipso peccante, omnes peccaverunt, & incurrerunt debitum contrahendi maculam illius peccati in suis propriis personis; an vero ut jam contractum in unoquoque nostrum per generationem naturalem.

Respondent Aliqui: duas esse classes parvulorum, qui cum originali decedunt; quosdam esse, qui negligentia parentum moriuntur sine Baptismo; alios esse, qui nullâ humanâ diligentia potuerunt baptizari, vel quia in utero matris moriuntur, vel quia nati sunt, ubi non erat aqua. Primos dicunt fuisse reprobos propter originale in ipsis contractum; secundos fuisse reprobos propter peccatum Adæ, priusquam Deus videret, illud in propriis personis contraxisse. Fundamentum huius doctrinæ est: quia Deus eo ipso, quod vidit peccatum Adæ, cessavit à voluntate salvandi hos pueros, & habuit voluntatem inefficacem damnandi eos. Patet: nam pro illo signo aliquam voluntatem debet habere erga illos; sed non habuit voluntatem salvandi, cum nullum remedium illis præparaverit; re ipsa in tempore applicandum: ergo habuit voluntatem excludendi à regno.

Sed hoc fundamentum negat Smil. sup. n. 728. Nam (inquit) post prævisum peccatum originale Deus voluit nihilominus antecederet

63.

Peccatum originale solum est occasio reprobationis in quibusdam.

64. Conclusio.

Quale originale sit causa reprobationis.

65.

Prima sententia distinguit inter parvulos.

Ejus fundamentum.

66.

Sed hoc negat Smil.

omnes

Ratio ne-
gandi.

omnes homines, etiam parvulos salvos fieri, & ex tali voluntate omnibus providere media sufficientia ad salutem: sed cum hac voluntate non potest consistere voluntas, quâ Deus ex se & antecederet, antè prævisionem cuius causarum secundarum, quæ possunt applicationem illorum mediorum circa parvulos impedire, velit aliquos parvulos damnare ob peccatum originale, & idèd permittere, ut in tali peccato decedant: quemadmodum cum voluntate antecedente salvandi omnes adultos non potest consistere voluntas antecedens damnandi aliquos, etiam ob prævisum originale peccatum, antè prævisum cursum causarum, & usum propriæ libertatis hominum, per quas causas, & quem usum impeditur applicatio medii necessarii ad remissionem peccati originalis in adultis. Sic ille.

67. Quem sequitur Felix de Volunt. Dei cap. 6. Difficul. 4. n. 3. dicens: Sed hæc sententia valde displicet; nam ex illa sequitur, Christum non fuisse mortuum pro omnibus quoad sufficientiam, contra illud 1. Timoth. 2. v. 6. *Qui dedit redemptionem semetipsum pro omnibus.* Ut autem Christus dicatur Redemptor, & pro omnibus mortuus, non satis est, sustinuisse mortem, & hanc esse sufficientem ad omnium salutem: nam etiam erat de se sufficiens ad salutem demonum, quorum non fuit Redemptor: ergo necessarium fuit, ut eam obtulerit de facto Patri pro salute singulorum, saltem quoad sufficientiam, & quoad aliquod salutis remedium.

68. Deinde sequitur, satisfactionem Christi non fuisse æquæ abundantem quoad personas, ac fuit peccatum Adæ. Sic ille. Undè ad fundamentum dictæ sententiæ respondet, id esse falsum. Et idèd bene dixit Smiling sup. dictam sententiam carere fundamento, quia fundamentum falsum nullum est. Fallaciam autem colligere poteris ex iis, quæ diximus Disp. Præced. Sect. 4. ubi de voluntate antecedenti, & consequenti. Vide Conclus. 3. & 4. Hæc ergo sententia rejecta, docent Aliqui generaliter, nullâ factâ distinctione inter parvulos, vel adultos, originale, prout in Adamo, esse causam reprobationis, ita ut permissio contrahendi originale in propria persona sit effectus reprobationis in parvulis. Sic illi. Nunquid audiendi?

69. Dico (inquit Felix sup. num. 5.) originale, ut prævisum in Adamo non esse reprobationis causam; sed solum ut contractum in propria persona, & usque ad mortem perseverans; & quantum ad hoc eadem est ratio de adultis, decedentibus cum originali, & actualibus. Sic ille. Estque sententia communis, quæ colligitur ex Scoto 1. Dist. 41. s. Potest aliter, num. 11. circa finem, ibi: *Ergo cum reprobare sit velle damnare, reprobatio habebit ex parte objecti rationem aliquam, scilicet peccatum finale prævisum.* Et num. 12. ibi: *In quarto instanti offertur Iudas ut peccator finaliter voluntati divinæ, & tunc ipse vult jussu puniri, & reprobare Iudam.* Ac post pauca: *Ipsum (inquit) velle damnare non videtur*

sibi (Deo) immediate posse attribui respectu objecti, ut cogniti in suis puris naturalibus; sed tantum respectu objecti, ut cogniti in peccato mortali finali. Ubi non distinguit inter peccatum originale, & actuale; ergo nec nos distinguamus.

Imò ibidem expressè ait: *In tertio instanti, quando vult permittere Petrum esse de massa perditionis, sive dignum perditione, & hoc sive propter peccatum originale, sive actuale.* Ergo per peccatum finale intelligit Scoto tam originale, quam actuale. Et quomodo originale erit peccatum finale sive parvuli, sive adulti, nisi intelligatur contractum in propria persona? An forte ut permanet in aliena persona: est causa proxima meæ damnationis? Audi Felicem sup. probantem suam sententiam: *Quod (inquit) est causa damnationis, est causa reprobationis: sed originale, in propria persona contractum est causa damnationis, ergo & reprobationis.* Pater: nam si per possibile, vel impossibile parvuli in Adam peccarent, & non contraherent in propria persona tale peccatum; non damnarentur poenâ damni, ergo solum reprobaruntur propter peccatum in propria persona contractum, id est, propter peccatum originale, prout propagatione transfusum omnibus, inest unicuique proprium.

Colligitur ex D. Augusti. (vel quicumque est Auctor) lib. 6. Hypognosticon, ibi: *Parvulos quoque, non renatos ex aqua, & Spiritu sancto, prædestinata poenâ esse obnoxios, qui præstiti sunt non propriis voluntatibus, quorum nulla, vel bona, vel mala sunt, nisi tantum in Adâ peccato, quod traxerunt nascentes, & in hoc momentis verum tempus vitæ præsentis.* Ubi requiritur contractio peccati, & finalis in eo perseverantia, sive permanentia, usque dum solvitur tempus vitæ præsentis, juxta illud Joannis 3. v. 5. *Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei.* Ubi includitur illa conditio perseverantia.

Quam ulterius probat Felix sup. num. 6. nam prævisio toto genere humano, in Adamo lapsu, vult Deus omnes salvare; nam decrevit mortem Christi, ut remedium pro omnibus; sed cum hac voluntate impossibile est, velle aliquos damnare: ergo originale, prout in Adamo, non est causa reprobationis; sed ut contractum in singulis perseverat usque ad mortem. Probatur à simili: nam adulti non reprobantur ob peccata actualia remissa, ut sup. dictum est, sed propter ea tantum, in quibus perseverant finaliter; ut patet (inquit Felix sup.) ex illo Luc. 13. v. 3. *Nisi poenitentiam habueritis, omnes similiter peribitis.* Nam licet merita in executione non sunt causa glorificationis, nisi sub illa conditione, à Trident. Sess. 6. cap. 16. expressè: *Si tamen in gratia deservierint, ita nullum peccatum est causa damnationis, nisi in illo sit finaliter perseverantia.* Ita Franciscus.

Sed contra, dicit aliquis: causa reprobationis debet in omnibus esse æqualis, & ejusdem rationis: ergo solum peccatum originale, sive remissum,

remissum, siue non remissum est causa reprobationis, utpote quod solum in omnibus est æqualis. Probatur Antecedens: quia Christus, ut Redemptor est prædestinatus propter originale, antequam prævideretur actualia; nam redemptio ab his fuit solum suis impulsivus. Respondetur: quod formale causæ reprobationis, quod est peccatum mortale esse finale, in omnibus sit ejusdem rationis, scilicet materiale, ut esse originale, vel actuale, hujus, vel illius speciei, seu gravitatis; nam hoc per accidens est ad reprobationem, maximè si loquamur de positiva, prout superius explicata; nam etiam non omnium damnatio est æqualis: red-det liquidem Deus unicuique secundum opera sua, & quantum quis fuerit in deliciis, tantum etiam erit in tormentis.

Ad probationem dic, Scripturam satis indicare, peccatum originale fuisse motivum redemptionis Christi; cætera autem peccata fuisse causam impulsivam tantum, utpote antè quorum prævisionem Christus ut Redemptor fuerit prædestinatus, sic ut venisset in carne passibili, etsi nulla fuissent actualia prævisa. At verò Matth. 27. aperte significatur, aliquos damnandos propter peccata personalia siue actualia, v. 41. & 42. *Discedite à me maledicti in ignem æternum, qui parati estis diabolo & angelis ejus: esurivi enim, & non dedistis mihi manducare, &c.* Porro quæ causa damnationis in tempore, eadem & non alia est causa reprobationis ab æterno; atque aded, quia originale vel actuale remissum non est causa damnationis in tempore; idè nec reprobationis ab æterno.

Cæterum Felix sup. num. 11. querit, utrum Deus poterit de sua potentia absoluta aliquos positivè efficaciter reprobare ante prævisa peccata? Respondet autem affirmative: nam (inquit) poterat hoc efficere, ut ostenderet suum supremum Dominium. Probatur ex Scriptura Sapient. 12. v. 12. *Quis stabit contra iudicium tuum aut quis tibi imputabit, si perierint nationes, quas tu fecisti?* Sed contrà: ex eodem cap. videtur probari, de facto sic fieri: nam paulò inferius dicitur: *Ipsam quoque, qui non debet puniri, condemnas.* Respondetur: in vulgato textu expressè contrarium legitur: sic enim habet v. 15. *Cum ergo sis justus, justè omnia disponis: ipsam quoque, qui non debet puniri, condemnare, exterum assemas a tua virtute.*

Ex quo facillè colliges, sensum priorum verborum esse, neminem Deo posse imputare, quod nationes pereant, quia non pereunt, nisi propter præcedentia delicta. Hinc immediatè antè dicta verba: *Aut quis imputabit, &c.* Scriptum habes: *Aut quis in conspectu tuo veniet iniquorum hominum;* quæ verba Felix omittit. Igitur hæc Scriptura ei non favet. Probat insuper ex D. August. de Dono Persever. cap. 8. *Non sumus ingrati, quod tam multos liberet, quia si neminem liberaret, non esset injustus.* Plane non esset injustus; sed cur hoc? An quia id faceret ad ostendendum suum supremum Dominium? Nequaquam: sed quia id faceret

Tenuit II.

in pœnam peccati originalis. Accipe integra verba D. August. *Non sumus ingrati, quod secundum placitum voluntatis sue in laudem gloria gratia sua tam multos liberat misericors Deus de tam debita perditione; ut, si inde neminem liberaret, non esset injustus: ex uno quippe omnes in condemnationem non injustam iudicati sunt ire, sed justam. Qui ergo liberatur, gratiam diligit, qui non liberatur, debitum agnoscat.* Utrique peccati originalis. Quis jam non videt, verba August. à Felice adducta minimè probare intentum? Supponunt liquidè peccatū originale, ratione ejus potuisset Deus damnare omnes homines, saltem pœnā damni, siue ulla iniustitia, aut etiam crudelitate.

Sed quæ ratio movit Felicem ad sequendam illam sententiam? Sicut (inquit) Deus prædestinat ad gloriam antè prævisa merita, cum quo stat, quod postea in executione det gloriam propter merita; ita benè stare potest, Deum antè prævisa demerita aliquos reprobasse, dummodò postea in executione non damnet ante demerita. Ex quibus colligo (prosequitur idem Auctor) Deum non solum ex motivo supremi Domini, & libertatis potuisse aliquos efficaciter & positivè reprobare, sed etiam ex motivo justitiæ punitivæ; non tamen ita fecit de facto, propter suam bonitatem & misericordiam: *Misericordia enim superexaltat iudicium.* Jac. 2. Ita Felix.

Cui si obiecas Scotum, sup. citatum. Respondet, ipsum loqui de potentia ordinaria, & de eo, quod congruum est misericordiae Dei; non verò de potentia absoluta. Instas: pœna dicit essentialè ordinem ad culpam: ergo antè culpam prævisam non potest Deus ex justitia punitiva aliquem reprobare. Respondet neg. Consequentiam: nam inquit sicut Deus ante prævisa merita prædestinat ad gloriam, ut coronam, & ad hoc sufficit, quod in executione talis gloria detur propter merita; ita, ut Deus ex justitia reprobet in intentione, sufficit Deum cognoscere, quod, quando pœna fuerit applicanda, in re aderit culpa.

Urget: Deus sic teneretur decernere permissionem peccati, & illud in tempore permittere. Respondet, concedendo: quia (inquit) nullus prudenter operans potest efficaciter intendere finem, si non præviderit se posse apponere (saltem permissivè) quod ad ejus executionem est necessarium, & quod Deus permittat, nullum est inconveniens. Urget secundò: velle punire non est per se bonum, nisi supposito peccato; ergo neque est per se volibile à Deo, nisi supposito peccato. Respondet Francis. quod ut velle punire sit bonum, sufficit, quod cognoscatur à Deo, possibile esse peccatum, & quod punitio in re non sit, nisi præsupposito peccato, & cum totum hoc sit in Deo, velle punire est bonum, & à Deo volibile. Ita Felix. Verum enim verò hæc ad summum probant, Deum de absoluta potentia posse intendere damnationem non prævisis demeritis, sicut potest intendere gloriam non prævisis meritis; hic autem præcipuè queritur de damna-

E e

tione

Sed perpe-
ram,77.
Probatio ex
ratione.78.
Responsio
ad Scotum.
Instantia.

Solutio.

79.
Deus potest
velle per-
missionem
peccati.Quia ratio-
ne velle pu-
nire sit bo-
num.

tione in executione, id est, disputatur, an sicut Deus potest de potentia absoluta dare gloriam sine meritis; ita quoque possit sine demeritis infligere damnationem æternam, solo titulo supremi Dominii, de quo vide dicta Concluf. præcedenti.

80. *Iudicium Auctoris.* Ego, ut verum fatear, non satis clarè video, cur repugnet absolutæ Dei potentie intentio damnationis, dummodò executio supponat demerita. Interim quia non est necessitas eam ponendi, neque ex Scriptura, neque ex Conciliis, SS. Patribus, Traditione, aut ratione, dicimus, talem intentionem in Deo non fuisse; sed solam executionem; quippe damnatio non est finis, sed tantum habet rationem mediæ executivæ iustitiæ. Vide dicta Concluf. præcedenti. Aliud dubium movet hic Felix sup. n. 13. an sit in Deo voluntas antecedens & inefficax, seu actus simplicis complacentiæ, quo vult omnes homines excludere à gloria antè prævisum peccatum? Respondet quidam Auctor, ibi citatus affirmativè, dummodò non sit in pœnam. Addit; quod post prævisum Adæ peccatum est in Deo voluntas simplex excludendi Adamum propter suum peccatum, & excludendi parvulos à gloria in pœnam, non peccati proprii, quod pro tunc non habent, sed Adæ parentis; & post prævisum originale in unoquoque contractum habet voluntatem simplicem excludendi eos à gloria in pœnam proprii peccati. Addit; quod nulla ex his exclusionibus à gloria est propriè reprobatio; nam reprobatio propria est actus efficax Dei.

81. *Probatio sententia affirmantis.* Probat: nam per scientiam simplicis intelligentiæ Deo repræsentatur ut bonum honestum quælibet ex his exclusionibus à gloria; ergo, cum Deus amet necessariò quamlibet bonitatem creatam possibilem, etiam necessariò amabit tales exclusiones à gloria. Probat Majorem; quia possibile est, Deum omnes homines producere, & non ex fine dandi gloriam, sed ex alio fine: quod si possibile est; ergo bonum; ergo à Deo necessariò amatur.

82. *Non convincit.* Sed hæc ratio (inquit Felix sup. in fine) solum probat, hoc esse possibile; non verò esse de facto in Deo; quia Deus liberè, & non necessariò amat possibile. Sic ille. Vide quæ de hac libertate diximus Disp. 2. Sect. 2. Concluf. 6. quæ supposita, clarum est, istud argumentum nihil probare. Neque placet secundum argumentum sequentis tenoris: Si talis voluntas inefficax non est in Deo, maximè, quia habet voluntatem, etiam inefficacem salvandi omnes, quæ sunt voluntates contradictoriæ; sed hoc non obstat; nam cum voluntate simplici salvandi omnes ex sua liberalitate est simpl. voluntas efficax damnandi multos ex motivo iustitiæ punitivæ; ergo multò magis poterit esse voluntas inefficax damnandi. Confirmatur: nam non implicat Deum velle inefficaciter hominibus gloriam ex seipso, & ex sua liberalitate donandam, & simul velle illam non dare, ut ostendat se habere plenum Dominium dandi, vel non dandi illam.

83. Respondet Felix sup. num. 14. quod, licet una voluntas inefficax, & altera efficax non

implicent; tamen duæ inefficaces circa objecta opposita implicent in Deo, cum tales voluntates habeat à seipso. Sed quidquid sit de hoc, voluntas illa damnandi, ut ostendat suum Dominium, non est inefficax; nam sine effectu aliquo non potest Deus nobis ostendere Dominium suum, & ita si ostendit, ejus voluntas est efficax: ut Deus ostendat libertatem suam, sive reprobatio negativa, & non est necessarium, ut positivè Deus velit homines excludere à gloria. Hactenus Felix. Et ideo quantum ad hoc non placet ipsi dicta sententia. Neque nobis placere potest, nisi clarè quis ostenderit, illas duas voluntates inefficaces esse compollicibiles, & Deum necessariò velle omnia pollicilia. Interea dico, & erit

CONCLUSIO IV

Sola damnatio est effectus reprobationis positivæ.

Damnatio, id est, æternam pœnam tam damni, quam sensus esse effectum reprobationis positivæ, nemo ambigit; cum reprobatio positiva non sit aliud, quam decretum infligendi pœnam æternam sive damni tantum, v. g. parvulis, in solo originali decedentibus, ut Multi non improbabiler defendunt; sive etiam sensus, pro peccato personali, imò, secundum Plures, etiam pro solo originali, videturque fuisse opinio S. August. Sermon. 14. de Verb. Apost. c. 3. Venturus (inquit) est Dominus, & iudicaturus de vivis, & mortuis; duas partes futurus est, dextram, & sinistram. Sinistris dicitur: Ite in ignem æternum (hoc est, ut ibidem ait cap. 4. Combustionem æternam) qui paratus est diabolo, & angelis ejus. Dextris dicitur: Venite benedicti Patris mei, percipite regnum, quod vobis paratum est ab origine mundi. Hanc regnum nominat, hanc cum diabolo damnationem. Nullus reliquus est medius locus, ubi ponere queas infantes, &c. Plura alia loca possem adducere, sed supersedeo, quia controversia non est hujus loci.

Et opposita sententia magis placet D. Bonæ. 2. Dist. 33. a. 3. q. 1. in Corp. ubi sic ait: Sed cum opus valde durum illud dicere videatur, quod Deus tam durè, & tam asperè agat cum parvulis. . . Ideo est magis alia positio minor, quæ magis concordat pietati, scilicet, & iudicio rationis; quod, quia parvuli decedentes cum originali carè iustitiâ, & Spiritu sancti gratiâ, quæ est pignus hereditatis æternæ, privantur in æternam Dei visione: quia verò in carne suis sedibus, ibi ponentur in loco vili, utpote infernali: sed quia non habuerunt in se actualem delectationem peccati, nec in spiritu, nec in carne, ideo non sentiunt pœnam ignis æterni. Hunc modum dicendi magis approbat Magistri communiter. Ita Doct. Seraphicus.

Quem imitatus Doct. Subt. 2. Dist. 33. n. 2. inquit: Hic videtur Magistrorum sententia, quod à damnati pro solo peccato originali nullam habebunt pœnam sensus exterioris: puta à ignis; quia nullam delectationem inordinatam habuerunt, cui delectationi correspondet

accedit legis affligentis, ut propria pena &c. Et quāvis hic tantum videatur referre sententiam aliorum, cum nullibi statuatur oppositam, & hanc rationibus prober, & objectionibus contrariis satisfaciatur, merito pro ea communiter citatur. Maxime, cum alio loco, scilicet 2. dist. 32. q. un. a. 7. explicans rationem constitutionis peccati originalis dicat, peccatum originale formaliter esse carentiam iustitiæ originalis debite; Et non (inquit) qualitercumque debite, quia accepta in primo parente, & in ipso amissa, cui correspondet pena damni duntaxat, ex præmissa criminis transgressionem proveniens. Ergo secundum Scotum peccato originali correspondet pena damni duntaxat.

Sed nunquid idem D. D. Seraphicus, & Subtilis contrarii D. Augustini? Dicendum (inquit D. Bonav. sup. ad 1.) quod Aug. in verbis illis non intendit dicere, quod parvuli sensibilibus cruciantur; sed intendit eorum penam manifestare, quantum ad carentiam visionis Dei, & quantum etiam ad vilitatem loci. Et hoc valde abundanter exprimit, plus dicens, & minus volens intelligi. Nec sine causa loquitur sic; hoc enim facit ad extirpandam illam hæresim, quæ dicebat, parvulos nullā penā puniri. Unde sicut in moribus documentum est, quod, qui vult ab uno extremorum pervenire ad medium, quasi debet declinare ad illud extremum, sicut docet Philosophus; sic etiam B. Aug. ut illam hæresim extirparet, quæ dicebat parvulos ab omni pena immunes, & ad medium reduceret, videlicet ad penam carentiæ visionis Dei; simpliciter asseruit, cum aliis peccatoribus æternitatem damni. Istum autem suum intellectum explicavit in Enchir. ubi dixit, penam eorum esse mitissimam.

Hæc sunt verba D. Aug. loco cit. c. 93. Mitissima sane omnium pena erit eorum, qui præter peccatum, quod origine traxerunt, nullum insuper addiderunt. Hinc lib. 5. contra Iulium loquens de eadem pena. Quæ (inquit) qualis, & quanta, quāvis definire non possum, non audeo tamen dicere, quod eis, ut nulli essent, quāvis ibi essent, potius expediret. Sed relinquamus hanc controversiam, quæ, sicut antè dixi, non est præsentis loci; sufficiat, utramque positionem esse probabilem; adedque neutram mereri aliquam censuram, & liberum esse unicuique eligere, affirmando, vel negando, originale per se mereri penam sensus; in hoc omnes conveniunt, puniri penā æternā damni: peccatum autem personale mortale penā æternā damni, & sensus. Et verò quis dubitet, utramque penam provenire à reprobatione Dei, & ab ejus iustitiæ punitiva? Quemadmodum ergo gloria est effectus prædestinationis, quia procedit à iustitiæ præmiativa; ita quoque damnatio est effectus reprobationis, quia provenit à iustitiæ punitiva. Hoc ergo certum est.

Porrò dubitatur; an sola damnatio sit talis effectus. Aliquis id negantibus, etiam inter Catholicos, & dicentibus, permissionem quoque peccati esse effectum reprobationis. Dico: Permissionem peccati: quia ipsum peccatum non esse effectum, omnes Catholici admittunt, nequidquam ringentibus, frendentibus, oblatran-

TOMUS II.

tibus hæreticis, qui planè impudè contendunt, Deum esse auctorem & causam peccati, hominesque in peccata impellere, seu ad peccandum cogere; ut propter ea damnationem, ipsis antè prævisionem peccati definitam iustè inferat. Sed hæc blasphemia alibi refutata est, & expressè damnatur à Concil. Trident. sess. 6. can. 6. sequentis tenoris: Si quis dixerit, non esse in potestate hominis vias suas malas facere; sed mala opera sua, ut bona Deum operari, non permittive solum, sed etiam proprie, & per se, adeo ut sit proprium ejus opus non minus proditio Iudæ, quā vocatio Pauli, anathema sit. Vide dicta Sect. 1. hujus disp. Conclus. 6.

Itaque sola voluntas hominis causa est peccati eo modo, quo causam habere potest, ut merito dixerit D. Aug. lib. de Natur. & grat. c. 22. Nec cogitat (Pelagius) pravaricatorem legis quāvis dignè lux deferat veritatis, quā desertus utique sit cæcus, & plus necesse est (necessitate quæ, descendit de libera voluntate) offendant, & cadendo vexetur, vexatusque non surgat, ut idem tantum audiat vocem legis, quod admoneatur implorare gratiam Salvatoris. Et eod. lib. cap. 51. loquens de natura hominis vitiata per peccatum, ait: Posset & medicum querere, qui cæci oculos sanaret, & videndi possibilitatem restitueret, quæ fuerat amissa per cecitatem: quoniam cæcus puto quod velit videre, sed non potest: si autem vult, & non potest, inest voluntas, sed amissa est possibilitas, scilicet proxima, quā habuit Adam, antequam peccasset. Manet igitur libera voluntas in substantia, sed infirma. Hoc igitur errore Hæreticorum (satis alibi refutato) prætermisso, colluctatio nobis est cum aliquibus Catholicis, qui, sicut dixi, contendunt permissionem peccati esse verum effectum reprobationis; atque aded contrariantur nostræ Conclusioni, quæ ponit pro effectu solam damnationem.

Et si ab ipsis quæras, ejus peccati permissio sit effectus, ab invicem dissentiant, ut videre est apud Felicem de Reprob. cap. 6. diffie. 5. n. 2. & seqq. ubi refert quinque diversas de hoc sententias. Prima ait, omnem permissionem peccati esse effectum reprobationis. Et docent omnes (inquit hic Auctor) qui negant reprobationem negativam. Secunda sententia ait, permissionem primi peccati, sive originalis, sive actualis non esse effectum reprobationis; bene tamen permissiones peccatorum subsequen-
Contra has sententias (inquit Felix) est: quia permissiones peccatorum remissorum, cum talia peccata non conducant ad damnationem, non possunt esse effectus reprobationis.

Tertia sententia asserit, permissiones peccatorum non remissorum esse effectus reprobationis; quia talia peccata conducunt ad damnationem. Quarta sententia affirmat, negationem gratiæ efficacis, ut puer baptizetur, & quā adultus non refurgit ab originali, esse effectum reprobationis. Quinta sententia docet, permissionem peccati finalis, seu mortem in statu peccati esse effectum reprobationis. Ecce varietas sententiarum inter Adversarios nostros, qui alium

E e 2

ponunt

Ipse peccatum non est effectus. Concil. Trident.

90.

Sola voluntas hominis est causa peccati. S. Aug.

91.

Cujus peccati permissio sit effectus. Prima sententia.

Secunda.

92.

Tertia.

Quarta.

Quinta.

ponunt effectum, præter damnationem sine solido fundamento, ut parebit ex dicendis.

93.
Permissio
primi peccati
Adæ non
est effectus.

Equidem quod permissio primi peccati Adami non sit effectus, vel inde satis constat, quod peccatum fuerit causa reprobationis, ut patet ex Conclus. præcedenti: ergo primum peccatum non potuit esse effectus; sic quippe esset primum, ut supponitur; & non primum, quia reprobationem præcessit aliud peccatum, propter quod reprobatio facta est. Cumque nostrum peccatum originale, & primum peccatum Adami sit unum & idem (est enim omnibus proprium insit) ut hæc suppono ex materia de peccato originali, si primum peccatum Adæ non est effectus reprobationis, neque nostrum originale erit effectus, sed potius causa. An putas, quia nostrum peccatum sit poena primi peccati Adæ? Non magis sanè, quam peccatum habituale personale est poena peccati actualis. Jam autem, ut aliquid sit effectus reprobationis, debet esse effectus iustitiæ punitivæ, cum reprobatio positiva, de qua sola hic agimus, sit talis iustitia.

Neque nostrum originale.

94.

Igitur permissio peccati originalis sive in Adamo, sive in nobis, in quantum præcisè talis, non est effectus reprobationis. Dico, in quantum præcisè &c. nam aliud fortè est de permissione durationis finalis in tali peccato. Etenim quod Deus hominem finaliter derelinquat in peccato, id jam est poena ejusdem peccati, quoniam peccatum mortale meretur perpetuum odium Dei erga peccatorem, ejusque perpetuam derelictionem, etsi ex misericordia aliquibus illud remittat. Verùm neque talis derelictio, neque ullum aliud peccatum, vel permissio ejus est effectus, supposita veritate præcedentis Conclus. scilicet quod solum peccatum finale sit causa; nam consequenter prævisio talis peccati est prior reprobatione, ergo & permissio talis peccati, & cujuslibet alterius, quæ est prior ipsis peccatis: igitur nulla permissio est effectus, quia effectus est posterior reprobatione, tanquam suâ causâ.

Nullum peccatum est effectus.

95.
Ratio Conclusionis.

Atque hæc sit probatio nostræ Conclusionis, quæ solum damnationem asserit effectum reprobationis positivæ, effectum, inquam, simpliciter & propriè dictum, id est, qui à Deo provenit ex intentione damnandi: sed permissio cujuscumque peccati in hac vita non procedit ex tali intentione; nam illa fundatur in culpa finali, cum Deus nullum intendat damnare, nisi quem prævidit moriturum finaliter in peccato; ob hoc enim talis reprobatio est actus iustitiæ vindicativæ, ut dictum est. Ex quo patet permissio peccati, quod committitur in inferno, & aliàs non fuisse commissum, posse appellari effectum reprobationis; hoc autem non est contra nostram Conclusionem; nam illud peccatum sub damnatione comprehenditur.

96.
Ducitur ad oppositum.

Sed contrà, dicit aliquis; hæc ratio Conclus. sic ducitur ad oppositum: Deus permittit peccata reproborum, saltem personalia ex intentione eos damnandi, ergo illa permissio est

effectus reprobationis eorum. Patet Sequela: quia quicquid est ex intentione finis, debet dici effectus voluntatis, quâ intenditur finis, sicut quicquid non est ex intentione finis, non debet dici effectus voluntatis, quâ intenditur finis. Sola ergo difficultas est in Antecedente, quod Adversarii probant. 1. ex Scriptura Proverb. 16 v. 4. *Univerſa propter ſemetipſum operatus eſt Dominus; impius quoque ad diem malum, id est, propter diem ultionis & vindictæ.* Respondet Explicatio Smiling. sup. n. 725. illud: *Operatus eſt impius, &c.* non habere ſenſum cauſalem, ſed conſonativum; unde ſenſus eſt, Deum permiſiſſe eſſe impius, & ſuppoſitâ ejus impietate, eum reſervare in diem vindictæ.

Contrà: prima pars illius Scripturæ est causalis, ut patet, ergo etiam ſecunda. Respondetur neg. Conſequentiam. Diſparitas colligitur ex materia ſubjectâ; nihil enim obſtat, quò minus bonitas divina ſit cauſa motiva omnium rerum creaturarum; obſtat autem aliquid, propter quod damnatio non ſit motivum permiſſionis peccati; ſcilicet quia damnatio ſequitur permiſſionem, ut ſup. oſtendimus, at verò bonitas divina præcedit omnes res creatas. Et alioqui, ſicut poſſivè operatur omnia Deus propter ſemetipſum, etiam poſitivè cauſare deberet peccatum ipſum propter damnationem, ut eſſet æqualitas in omnibus circa illas duas locutiones dictæ Scripturæ, quod tamen impium eſt aſſerere, juxta illud S. Proſp. ad Objeſt. Vincent. objeſt. 10. *Deſtinaſſe & dominanda opinio, quæ Deum cujuſque mala voluntatis, aut mala actionis credit auctorem.*

Secunda probatio Adverſariorum ſumitur ex auctoritate D. Aug. qui ſæpe docet, quod, quemadmodum vocatio eſt iuſta, & gratia preſeverandi datur electis ex eo, quod prædeſtinati ſunt ad vitam æternam, ita eandem gratiam ſubtrahi reprobis, quia reprobi ſunt à vita æterna; ſubtractio autem gratiæ efficiens eſt peccati permiſſio: permiſſionem ergo peccati in reprobis cenſet Auguſtinus provenire ex intentione damnandi illos, ſeu excludendi à vita æterna. Sic illi. Aſt reſpondet Simil. ſup. Auguſtinum illis in locis de negativa reprobatione loqui, non de poſitiva, de qua nunc agimus, acturi de negativa Conclusionem ſequenti.

Argumentantur tertio ex ratione, fundatâ in auctoritate Scripturæ, & Doctorem Nam. inquit, Deus permittit peccata reproborum, ex intentione oſtendendi circa illos ſuam iuſtitiam, atque potentiam vindicativam, ut D. Thom. 1. part. qu. 23. a. 5. ad 3. & omnes Doctores tradit ex Paulo ad Rom. c. 9. v. 22. & 23. *Quod, ſi Deus volens oſtendere iram, & ſuam ſcere potentiam ſuam ſuſtinuit in multa patientia vaſa ira apta in interitum, ut oſtenderet diſtinctam gloriâ ſuâ in vaſa miſericordiæ, quæ præparavit in gloriâ. Porro non aliter oſtendit ſuam iuſtitiam, quàm damnando reprobos; neque eſt diſtinctio inter cauſam, ſeu peccatum prædeſtinati, & cauſam, ſeu peccatum reprobi, niſi quod*

hoc permittatur ad perditionem æternā, istud vero ob aliquod majus bonum, conducent ad vitam æternam, ergo in hac intentione consistit ostensio bonitatis, & iræ.

Respondet Smif. sup. illa verba Apostoli, ut vera sint, non debere accipi in sensu causali, sed concomitativo: permittit enim illa peccata, & posita eorum futuritione, vult occasione illorum ostendere iustitiam suam, & bonitatem, hanc in vasa misericordiarum, illam in vasa iræ. Et similiter vult ostendere, quā liberè & liberaliter det gratiam, quibus dat, quā efficaciter sit talis gratia, quā denique infirmum arbitrium creatum sine illa. Sic ille.

Prout (prosequitur) de primo effectu permissionis peccati significat Paulus ad Rom. 9. ubi, cum egisset de electione Jacob, & de reprobatione Esau, non aliam rationem assignat, quā illam *Misererebor* cuius misererebor, & misericordiam præstabo, cuius misererebor, v. 9. Id est, misericordiam præstabo, & denegabo pro meo arbitrio. Et infra de Pharaonis reprobatione agens eundem effectum, qui est ostensio liberitatis divinæ, assignat v. 18. his verbis: *Ergo cuius vult misererebor, & quem vult indignari.* Non impetiendo malitiam (ut bene notat D. August. Epist. 105.) sed non impetiendo misericordiam. Item v. 21. *An non habet potestatem singulus luti ex eadem massa facere aliud quidem vas in honorem, aliud verò in contumeliam?*

Secundum, & tertium effectum (inquit idem Auctor) eleganter attigit D. August. li. de Corrupt. & grat. cap. 10. dicens: *Quapropter saluberrime consuevit, quod rectissime credimus, Deum Dominumque rerum omnium, qui creavit omnia bona valde, & mala ex bonis exortitura esse præstitit, & scivit magis ad suam omnipotentissimam bonitatem pertinere, etiam de malis bene facere, quā mala esse non sinere, sic ordinasse Angelorum & hominum vitam (permittendo quosdam cadere, & alios faciendo perseverare) ut in ea prius ostenderet, quid posset eorum liberum arbitrium; deinde quid posset sue gratia beneficium, iustitiæque iudicium.* Et lib. 14. de Civit. cap. 27. Ita factum est, ut nec Deum aliquid futurorum lateret: nec præsciendo quemquam peccare compelleret, & quid interesset inter propriam cuiusque præsumptionem, & suam tuitionem, Angelica, & humana rationali creatura consequenti experientia demonstraret.

Sed cur (interrogat quispiam) Theodor. appellat hos effectus, & non fines permissionis peccati? Equidem Felix sup. num. 8. sic ait: Et si quæras, quem finem intendit Deus in permissione peccati: Dico, intendere dispositionem liberi arbitrii, ut homo fragilitatem suam agnoscat, & ut prædestinati agnoscat misericordiam Dei erga eos, denique ut Dei bonitas & sapientia manifestetur, eliciendo maxima opera ex peccatis.

Ex quo deduco, quod licet permissio peccati conducere ad æternam damnationem (quod inficior, cum sit per se bona, & di-

rectè non ordinetur ad peccatum) adhuc nõ esset effectus reprobationis, cum Deus illam non elegerit ex intentione damnandi. Sic ille. Quorsum ergo Smif. appellat illos effectus, & non fines? Et si illi non sunt fines, quis ergo finis permissionis peccati? Respondeo ad primum, idèd nolle vocare fines, quia putat, Deum non præiunxisse eos ante voluntatem permissivam peccati, & peccati prævisionem; ne alioquin Deus debeat intendere ipsum peccatum, utpote necessarium ad tales fines assequendum. Sed de hoc sup. egimus præsentis Disput. Sect. 4. Conclus. 4. ubi an poenitentia possit prædefiniri, & infra adhuc aliquid dicemus, agendo de causa & effectu reprobationis negativæ. Ex quo etiam patebit resolutio secundæ quæstionis, quis videlicet sit finis propriè dictus, secundum istum Auctorem, permissionis peccati.

Impræsentiarum pergam ad alias objectiones Adversariorum contra hanc Conclusionem. Permissio (inquiunt) peccati reproborum est efficax ad illorum damnationem, si non per modum causæ propriè dictæ, saltem ut occasio; ergo est effectus reprobationis eorum. Sequela patet: quia sicut prædestinationis effectus censetur, quicquid efficaciter conducit ad æternam salutem, etiam solum per modum occasionis; ita reprobationis effectus censeri debet, quicquid est efficax, vel solum ut occasio ad æternam damnationem præseitorum. Antecedens probatur; nam non existente peccato, Deus non puniret, & non existente permissione, non existeret peccatum: quidni ergo permissio peccati sit occasio damnationis? Immo quidni sit medium per se requisitum?

Respondet Felix sup. n. 9. permissionem solum esse conditionem. Unde (inquit) putatio, & peccatum solum sequuntur ab illa, tamquam à removens prohibens, & nullo modo tamquam à causa per se; imò nec tamquam à causa indirecta & per accidens, quia ad hoc necessarium erat, quod Deus teneretur prohibere peccatum. Sic ille. Instabis: intentio finis non solum includit media, sed etiam conditionem, necessariò requisitam ad executionem finis: ergo in voluntate intendi-va damnandi includitur voluntas permit- tendi: ergo non potest reprobatio intendi, nisi permissio peccati eligatur ut conditio necessariò requisita. Respondet præfatus Auctor; quod argumentum convinceret, si suppositum esset verum, nempe reprobationem fieri ante visionem peccati; sed suppositum est falsum, ut vidimus. Ita Felix.

Ut sit de hac doctrina Felicis, quæ per omnia non placet; certum videtur, permissionem peccati aliquo modo concurrere, seu esse efficacem ad damnationem æternam; sed hoc non sufficit secundum Smif. sup. 726. ut sit effectus reprobationis; quia (inquit ille) non est efficax ex intentione Dei; sed solum est efficax in executione, Deo volente usurpare

E e 3

pecca-

est effectus reprobationis.

105. Obiectio.

106. Solutio ex Felice.

Instans.

Solutio Felice.

107.

Permissio peccati alio modo concurrat ad damnationem.

Smifing.

peccatum permissum (postea ejus futuritione) ad ostensionem suae justitiae punitivae per inflictionem damnationis. Unde aliud est de permissione peccati electorum, quam diximus esse quoddammodo effectum praedestinationis; quia non solum est suo modo efficax ad salutem electorum, sed etiam est efficax ex intentione Dei, utpote permittentis illud propter salutem electorum.

108.
Quare permissio peccati potius sit effectus praedestinationis, quam reprobationis.
Smilf.

109.
Occurrit objectioni.

Felix.

110.
Permissio peccatorum potest esse occasio salutis electorum.

S. Aug.

111.
Probatio.

Smilf.

Ratio disparitatis est juxta eundem Auctorem; quia permissio peccati reproborum non potest esse efficax ad damnationem, nisi mediante peccato, ideoque si ex intentione Dei, volentis damnare, esset efficax ad hunc finem, peccatum esset ex intentione Dei; at permissio peccati electorum potest esse efficax ad salutem illorum per actus virtutum, non involvantes respectum ad peccatum; ideoque ex intentione Dei permissio peccati potest esse efficax ad salutem electorum, etiam si peccatum illud non sit ex intentione Dei, sed sit merè permissum, minimeque volitum à Deo. Ita Theod. sup. Igitur non bene concluditur hoc argumentum: Permissio peccati reprobi est effectus providentiae Dei, & non est effectus praedestinationis; ergo reprobationis. Negatur quippe Consequentia. Nam (inquit Felix sup.) est effectus providentiae generalis, quia Deus res administrat sic, ut suos motus eas agere sinat, quae providentia abstrahit à naturali, & supernaturali, ad quam pertinent auxilia gratiae, improbis data. Addo; quod aliquae permissiones peccatorum sunt effectus praedestinationis aliquorum Sanctorum. Hæc ille.

Quæ si intelligas de peccatis electorum, si ve reproborum, perinde est: nam quælibet permissio peccatorum potest esse occasio salutis electorum, juxta illud Apostoli Rom. 8. v. 28. Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, iis, qui secundum propositum vocati sunt sancti, non solum propria peccata, sed etiam peccata reproborum, ut notat idem Apostolus Rom. 11. v. 19. & sequenti: Dicit ergo: Fracti sunt rami, ut ego inserat. Bene propter incredulitatem fracti sunt.

Tu autem fide stas: noli altum sapere, sed time. Hinc præclare S. Aug. in illud Psal. 54. Contristatus sum in exercitatione mea, ait: Omnis malus aut ideo vivit, ut corrigatur, aut ideo vivit, ut per illum bonus exerceatur.

An putas, quod electus, videns subtractionem gratiae efficacis in reprobis non habeat materiam laudandi Deum, & gratias agendi pro gratia efficaci, sibi à Deo concessa? Et consummatur habet occasionem se humiliandi, & de suis meritis non præsumendi, sed de adjutorio Dei confidendi. Et ita (inquit Smilf. sup. n. 727.) permissio peccati reproborum, generatim spectata, seu quod peccatum finale permittatur in reprobis dici potest effectus praedestinationis aliquorum electorum, tamen permissio hujus vel illius peccati, in hoc, vel illo reprobo non semper ad praedestinationem alicujus electi, sed sæpe ad generalem providentiam supernaturalem, vel naturalem pertineat. Hæc ille. Itaque

propter dictum argumentum nullatenus respondendum est à nostra Conclusi.

Sed neque propter verba à Apostoli Rom. 1. v. 24. Propter quod tradidit illos Deus in desideria cordis eorum in immunditiam. Nam (inquit Felix sup. n. 10.) Paulus solum voluit, quod permissio secundi peccati sit poena, & quasi effectus primi peccati. Ergo est effectus reprobationis, negatur Consequentia. Quod autem hæc fuerit mens Apostoli, docet D. Aug. lib. 3. contra Julia. c. 3. dicens: Et hic utique vides causam, propter quam traditi sunt sine ulla ambiguitate monstrati. Dixit quippe quid mali ante fuisset, & adjunxit: Propter quod tradidit illos Deus in desideria cordis eorum. Proinde præcedens est hæc poena peccati, & tamen etiam ipsa peccatum est, quod verbis consequentibus explicat. Et int. Cum ergo dicitur, homo tradi desiderii sui; inde fit reus, quia desertus à Deo cedit eis atque consentit, vincitur, capitur, trahitur, possidetur. A quo enim quis devictus est, huic & servus additus est (2. Pet. 2. v. 19.) Et sit et peccatum consequens præcedenti poena peccati. Itaque permissio secundi peccati est quasi effectus præcedentis peccati, secundum D. Aug. secus reprobationis, de qua hic disputamus.

Enimvero non propter reprobationem, sed propter mala seu peccata, quæ antea fecerant, tradidit illos in desideria cordis eorum. Textus est manifestus. Unde ex illa Scriptura nihil concluditur contra nos. Si autem à me queritur an saltem excecatio, & induratio non sit effectus reprobationis in homine reprobo? Respondeo citius, negativè. Quid enim aliud est Deum excecicare, & indurare peccatorem, quam eum tradere in desideria cordis sui? Ergo propter quod tradit, propter idem excecatur, & induratur. Tradit autem, ut jam, diximus propter præcedentia peccata: Ergo excecatio, & induratio sunt quasi effectus præcedentium peccatorum, & non reprobationis.

Rogas, quid sit Deum tradere, & per consequens excecicare, & indurare? Prima explicatio est, Deum dici excecicare & indurare, quia cæcat aliquid positivum, ex quo scilicet hominem excecandū, non eā tamē intentione, ut homo moneatur excecatus, neque ut tale positivum sit occasio peccandi: v. g. voluit Deus, ut David esset in loco, ubi videret Bethsabæ seipsum lavantem, ex quo Deus sciebat futurum adulterium, & homicidium, sed hoc voluit propter occultos fines bonos, non vero ut erat occasio peccandi.

Et hæc, ut Aliquibus placet, sententia est D. Aug. de Grat. & lib. arbit. c. 21. ubi adducit aliquot Scripturas, inter quas una erat: Propter quod tradidit illos &c. ad Rom. 1. subjungit: Hic talibus testimoniis divinarum Eloquentiarum, quæ omnia commemorare nimis longum esset, facis, quantum existimo, manifestatur, operari Deum in cordibus hominum ad inclinandas eorum voluntates, quocumque voluerit, si ad bona pro sua misericordia, si ad mala pro meritis eorum, judicio utique suo aliquando aperto, aliquando occulto, semper autem iusto. Eorum enim debet esse & immobile in corde vestro, quia non

est iniquitas apud Deum. Ac per hoc quando legitis in literis veritatis, à Deo seduci homines, aut obtundi, vel obdurari corda eorum, nolite dubitare, præcisi mala merita eorum, ut iuste ista paterentur.

Ubi Aug. obdurationem non adscribit seu imputat reprobationi; sed malis meritis: hæc ergo, & non illa, sunt causa obdurationis; & per consequens obduratio effectus, aut quasi, malorum meritorum, & non reprobationis. Hæc expositio, ut ait Felix de Peccatis c. 8. diff. 6. n. 3. in fine, non est improbabilis.

Secunda expositio est, Deum excæcare præstando aliquid, quod à Deo ordinatur in bonum peccatoris; sed ipse ob suam pravitatem vertit in perniciem: quemadmodum calor solis ceram liquefacit, & lutum indurat propter diversam dispositionem. Sed (inquit Felix sup. n. 4.) rejicit eam Aug. lib. 5. contra Jul. c. 3. & 4. Nam excæcatio, & induratio sunt poenæ, & non dona misericordiæ, ut patet 1. ad Rom. v. 28. Et sicut non probaverunt Deum habere in notitia tradidit illos Deum in reprobum sensum, ut faciant ea, quæ non conveniunt. Sed secundum hanc expositionem non sunt poenæ; ergo. Secundo, quia si excæcatione possent homines bene uti; ergo poterunt Deum rogare, ut eos induret, quod non est fatendum. Sic ille.

Quæro ego: censet homines non bene posse uti permissione proprii peccati? Scio, quia non censet; nam idem hæc permissio est effectus prædestinationis secundum te, quia homo bene potest ea uti, putà ad opera poenitentiae, ad humilitatem &c. an inde rectè inferatur, ergo possum Deum rogare, ut me permittat peccare? Tu ipse negas sequelam de Prædest. c. 5. diff. 6. n. 8. Ergo etiam, dicit aliquis; non bene arguis: si excæcatione possent homines bene uti; ergo poterunt Deum rogare, ut eos induret; vel aliqua disparitatem. Equidem veluti permissioni infallibiliter annectitur proprium peccatum, sic etiam excæcationi: atque adeo, sicut homo desiderans permissionem proprii peccati, quamvis hæc bona sit, & à Deo ordinatur in bonum peccatoris, necesse est, ut desideret proprium peccatum, quod malum est; pari quoque ratione videtur desiderare peccatum, qui orat pro excæcatione. Expectabo disparitatem.

Interèa subscribo tertiam expositionem, quam Felix sup. n. 5. vocat communem, citans pro ea Scotum 2. dist. 7. §. De secundo dico, lit. N. Docet autem, excæcare Deum, aggravare, & indurare nihil aliud esse, quàm subtrahere auxilium, & permittere, ut excæcatus maneat in suo peccato. Ita Aug. Epist. 105. dicens: Nec obdurat Deus impertiendo malitiam, sed non impertiendo misericordiam. Et tract. 53. in Joab. inquit. Sic excæcat, sic obdurat Deus deserendo, & non adiuvando. Scotus loco cit. n. 20. loquens de obstinatione malæ voluntatis demonum, ait: Hæc obfirmatio, ut dicit malitiam peccati in voluntate, potest dici esse à Deo, non positivè volente eam; sed deserente, & nolente dare gratiam. Sicut enim illum gratificat, cui disposuit dare gratiam: ita illum

non gratificat, quem derelinquit, hoc est, respectu gratificationis ejus habet nolle.

Objicies (inquit præfatus Auctor sup. n. 6.) quod hæc expositio est contra Aug. lib. 5. contra Jul. c. 3. dicentem: Quid est autem (Juliane) quod dicis: Cum desideris tuis traditi dicuntur, relictæ per divinam patientiam intelligendi sunt, non per potentiam in peccata compulsi: quasi non simul posuerit hæc duo idem Apostolus, & patientiam, & potentiam, ubi ait (Rom. 9. v. 22.) Sic autem volens Deus ostendere iram, & demonstrare potentiam suam, attulit in multa patientia vasa iræ, quæ perfecta sunt in perditionem? In quo Augustinus explicat non solum permissionem per patientiam; sed actionem positivam per ly Potentiam. Ita sibi objicit Felix.

Respondet autem: quod Aug. per potentiam non intellexit, quod Deus aliquid positivum causet in induratis; sed solum quod concurret cum illis ad materiale peccati præmovendo, sicut ad alias actiones. Unde quando in Scriptura, & Patribus videtur significari actio positiva, non est nisi permissio; nam loquuntur, ut communiter homines, quod illa, quæ non impediunt, dicunt facere. Sic ille. Alii aliter respondent, & dicunt: Julianum accepisse illud: Relictum esse per divinam patientiam, non ut sit idem, quod iusto Dei judicio vindicante & puniente desertum esse; sed ut idem sit, quod per longanimitatem, & patientem Dei bonitatem conservari superstitibus in hac vita, nec è medio tolli, dum peccant, & in hoc ipsum redarguit, ut patet ex his, quæ ad idem propositum scribit cap. 4.

Do ipsissima ejus verba: Quis verò ita despiat, ut, cum audierit, quod in Psal. (139. v. 9.) canitur: Ne tradas me Domine à desiderio meo peccatori: Hoc dicat orasse hominem, ut Deus sit pateriens erga illum, si Deus non tradit, ut mala fiant, nisi patientem bonitatem præbendo, cum sunt? Quid est autem, quod quotidie dicimus: Ne nos inferas in tentationem, nisi ut non tradamur concupiscentiis nostris? Unusquisque enim tentatur à concupiscentia sua abstractus & illectus. An forte hoc à Deo petimus, ut non sit erga nos pateriens bonitas ejus? Non ergo ejus invocamus misericordiam; sed potius iracundiam provocamus. Quis ista sapiat sanus, imò quis vel furiosus hæc dicat? Tradit ergo Deus in passionem ignominia, ut fiant, quæ non conveniunt; sed ipse convenienter tradit, & sunt eadem peccata, & peccatorum supplicia præteritorum, & suppliciorum merita futurorum.

Quando ergo Deus dicitur per potentiam tradere aliquos in reprobum sensum, intelligi posset eo modo, quo dicitur Deus convertisse corda Aegyptiorum, ut odirent populum ejus, Psal. 104. v. 25. Convertit cor eorum, ut odirent populum ejus; & dolum facerent in servos ejus. Non quod per suam potentiam transverteret cor hominis in malum; sed quod potenter operetur quædam bona in se, & iusta, unde peccatores, à Deo deserti per subtractionem gratiæ accipiunt occasionem malè aut pejus agendi, ut

118.

An sit contra D. Aug.

119.

Ostenditur, quod non. Felix.

120.

Quæ sententia mens D. Aug.

121.

Quomodo Deus tradat aliquos per potentiam in reprobum sensum.

ut patet in Aegyptiis & Pharaone.

122.
Hac res su-
rat caput
humanum.

Vis autem nosse, quia hæc res superat caput humanum? Ipse Aug. dicto c. 3. sic ait: Curavit Apostolus dicere, quanta pena sit a Deo tradi passionibus ignominie, siue deferendo, siue alio quocumque vel explicabili, vel inexplicabili modo, quo facit hac summè bonus, & ineffabiliter iustus. Unde etiam in fine ejusdem cap. omnia refert in altitudinem scientiæ Dei, dicens: Non frustra exclamat Apostolus: O altitudo divitarum sapientiæ & scientiæ Dei &c. Nullum elegit dignum, sed eligendo effecit dignum; nullum tamen puni indignum. Et verò quæ ista indignitas? Nonne reprobatio? Minime; sed præcedentia delicta, ut patet ex jam dictis; ergo excecatio, & induratio non sunt effectus reprobationis, sed præcedentium delictorum. Plura possent hic dici de excecatione, & induratione; sed non sunt necessaria ad nostrum propositum, scilicet ad solutionem hujus questionis, utrum excecatio & induratio sint effectus reprobationis. Et puto, negativam partem jam satis probatam.

123.
An mors sit effectus reprobationis.

Interim (ut refert Felix sup. n. 11.) aliqui ex Auctoribus, qui nobiscum sentiunt, peccatum finale esse causam reprobationis, dicunt, Deum reprobasse hominem ab æterno statim ac vidit, eum commissurum ultimum peccatum, priusquam videret mortem peccatoris, & sic dicunt ipsam mortem, & excecationem, & indurationem esse effectus reprobationis; quia sunt post reprobationem, & dantur in pœnam peccati commissi. Ita judicant de morte inflicta aliquibus reprobis ex speciali Dei providentia, ut de morte Dathan, Abiron, Ananias & Saphiræ; quia enim Deus præviderat peccatum eorum finale, propter quod eos reprobaverat, morte substantiæ illos punivit in pœnam delicti.

124.
Opinio negatva probatur.

Respondéo: me non negare, illam subitanam mortem fuisse pœnam peccati: ergo fuit effectus reprobationis, negatur Consequentia: nam illa mors non est inflicta ex intentione puniendi pœnâ æternâ; sed pœnâ tantum temporali in hac vita; idè enim Deus sustinuit Pharaonem, & alios induratos, & punivit jam dictos morte corporali, ut in eorum punitione nos erudiret, ut docet Ambr. in illud ad Rom. 9. v. 17. Dicit enim Scriptura &c. ubi sic ait: Suscitatus dicitur est (Pharao) quia, cum apud Deum mortuus esset, modicum tempus accepit, ut vivere videretur: ut esset in cuius pœna, & vario tormentorum genere usque ad mortem omnes, qui sine Deo erant, metu territi hunc solum Deum esse cum admiratione maxima faterentur, a quo ha vindicta fuit. Addo, quod Deus non possit prævidere peccatum finale, nisi prævideat mortem: nam peccatum finale est, cum quo quis moritur; si ergo peccatum finale non est effectus, sed causa reprobationis; neque mors erit effectus reprobationis.

125.
Quid Scotus sentiat.
Felix.

Felix sup. n. 12. utramque sententiam iudicat esse probabilem in Scoto. Nam (inquit) 1. dist. 41. solum ait peccatum finale esse causam reprobationis, non tamen explicat, an

mors, & induratio videantur ante reprobationem. Sic ille. Respondéo, satis explicare mortem videri ante reprobationem hoc ipso, quod videtur peccatum finale ante reprobationem, cum peccatum finale, ut jam dictum est, includat mortem ipsam. Solutionem hujus argumenti expectabimus, quia Felix istud non solvit: sed verbis præallegatis actutum subiungit: Solum restat, ut satisfaciamus verbis Aug. de Dono perlev. cap. 14. Sicut prædeterminationis effectus est gratia appositio, ita reprobationis æternæ quodammodo esse videtur obduratio.

Respondet prætatus Auctor, August. loqui de reprobatione negativa: propter quod (inquit) dicit, Quodammodo; nam si de positiva loqueretur, non adderet, Quodammodo, si enim prædeterminatio est per se causa gratiæ, ita, si ante demerita daretur positiva reprobatio, esset per se causa permissionis peccati, seu negandi gratiam efficacem, & non solum Quodammodo causa obdurationis, quatenus illam non impedit, ut rectè Aug. lib. 1. ad Simplic. q. 2. Non miseri est permittere. Ita Felix. Sed videtur infelicitate legisse S. August. si tamen propriis oculis eum inspexerit, quippe nec posteriora verba, nec priora in libro, quo ego utor, locis citatis reperiuntur. Fides ergo sit penes ipsum.

Ego dicto cap. 14. invenio, August. adscribere aliquorum infidelitatem non prædeterminationi eorum: sic enim ait: Non erant ergo sic excecati oculi, nec sic induratum cor Tyrimum & Sidoniorum, quoniam credidissent, si qualis viderant isti (Judæi) signa vidissent, sed nec illis profuit, quod poterant credere, quia prædeterminati non erant ab eo, cujus infirmitas sunt iudicia, & investigabiles via; nec isti obviis, quod non poterant credere, si ita prædeterminati essent, ut eos cæcos Deus illuminaret, & induratis cor lapideum vellet auferre. Et plura simili ibi habet ad idem propositum. Ex quibus ubi collegimus, fidem esse effectum prædeterminationis: porro infidelitatem esse effectum reprobationis positivæ, de qua sola hic loquimur, non video quomodo colligi possit. Quiliter autem negativa reprobatio sit causa obdurationis, siue subtractionis gratiæ, in sequentibus apparebit.

Illud quasi pro coronide ad calcem hujus Conclus. addiderim: multo minus esse effectus reprobationis positivæ creationem reprobis, & reliqua bona naturalia, vel supernaturalia, quæ ipsi in hac vita conferuntur; item quæ mala pœnæ, quæ eis infliguntur; quia hæc omnia non proveniunt à Deo ex voluntate damnandi eos, quod foret necessarium, sed ad reprobationem positivam præsupponuntur. Eleganter & appositè S. Prosper in Responsione ad tertiam objectionem Vincent. in principio. Omnium quidem hominum Deus creator est, sed nemo ab eo idè creatus est, ut pereiret: quia alia est causa nascendi, & alia est perirendi. Ut cum nascantur homines, Conditoris est beneficium, ut autem pereant, prævaricatoris est meritum.

Nec obstat quod ait Aug. (vel quicumque est Auctor) Soliloqui. animæ c. 28. de reprobis: Quibus omnia cooperantur in malum, & ipsa etiam ratio vertitur in peccatum, ut si etiam usque ad cælos ascenderint, & caput eorum nubes tetigerit, & inter sidera cæli collocaverint nidum suum, quasi sterquilinum in fine perdetur. Hoc, inquam, dictum non officit nostræ doctrinæ. Respondet namque Felix sup. n. 13. in fine Aug. vel Auctorem Soliloquiorum non velle, illa esse effectus reprobationis; sed solum, quod oratio, & alia Dei beneficia in præscitis vertuntur in peccatum, quia illis abutuntur.

Cæterum putat Felix sup. n. 14. permissionem peccati posse esse effectum reprobationis, saltem ex ordinatione Dei. Nam (inquit) postquam Deus ex primaria intentione voluit permittere peccata, propter fines supra adductos; & postquam vidit quosdam in eis usque ad mortem perseveraturos, potuit ex secundaria intentione permissionem illam ordinare etiam ad punitionem. Ita hic Auctor. Verè, vel falsò, facile colliges ex dictis hic & alibi. Ego pergam ad reprobationem negativam, quam non Omnes admittunt, ut sup. indicavi; eam docent Smil. sup. n. 719. & Felix de Prædest. cap. 6. diff. 1. n. 2. existimantes esse sententiam Scoti 1. dist. 41. Et quia nos quoque Discipuli Scoti sumus, eumque defendendum suscepimus, dico eum prædictis Auctoribus:

CONCLUSIO V.

Præter reprobationem positivam datur reprobatio negativa, id est, non electio ad gloriam antè prævisum peccatum.

Hic Conclusioni subscribere debent Omnes, qui docent, prædestinationem gloriæ fuisse in Deo priorem prævisione meritum, & ante prævisum peccatum originale nam ajunt, pro illo signo, quo aliquos sic elegit Deus ad gloriam, & pro sequenti signo, quo eisdem decrevit gratiam efficacem, circà cæteros negativè se habuisse, non eligendo eos ad gloriam, & gratiam efficacem; nec ab ea illos excludendo usque ad alia signa subsequencia, quibus gratiam sufficientem inefficacem eis decrevit, & prævisum eorum peccato finali, propter illud à vita æterna illos exclusit, censent ergo, reprobationem eorum negativam à gloria, & gratia fuisse priorem reprobatione ipsorum positivà. Quare jure merito Scotus citatur pro nostra Conclusionem: nam, 1. dist. 41. §. Potest aliter dici, n. 12. ut patet ex dict. Sect. præced. Conclus. 4. docet, (licet non omnino assertivè definiat) prædestinationem hominis antè prævisum meritum, & ante prævisum peccatum originale. Atque adeò consequenter asserit, posse dici, Quod in isto primo instanti (quo Deus vult Petro beatitudinem) nihil vult Iudæ, sed tantum est illi negatio volitionis gloriæ. Et similiter quasi in

secundo instanti natura, quando vult Petro gratiam, adhuc nullus actus positivus voluntatis divinæ est circà Iudam; sed tantum negativus.

Intellige actum positivum directum: nam, secundum alibi dicta, etiam in sententia Scoti, non datur in Deo libertas suspensiva omnis actus quoad exercitium. Undè hæc negatio electionis habet actum positivum concomitantem, scilicet, actum reflexum, quo Deus vult illum non eligere, quod Scotus hic non negat; imò 4. dist. 47. §. Respondeo, n. 3. expressè affirmat, dicens: Præsentato sibi Iudæ, primò Deus habet non velle sibi gloriam, & non primò (id est directè) nolle secundum illam ultimam positionem dist. 41. (loco jam citato) & posse tunc secundum se reflectere super istam negationem actus, & velle eam: & ita volens sive voluntariè non eligit Iudam, finaliter peccaturum, sed non volitionem gloriæ, sed non volitionem gloriæ. Quomodo evidentiùs posset asserere actum reflexum?

Falsò igitur quidam (ut notat Smil. sup. n. 729. in fine) Scoto imponunt, quòd ad reprobationem negativam, vel permissionem, non requiratur actum positivum; omnino enim illum requirit; sed solum censet, illud positivum non significari formaliter per vocabulum non electionis, vel permissionis, licet id, quod formaliter significatur, actum positivum habeat concomitantem. Cæterum quia, ut insinuavi, Scotus 1. dist. 41. non loquitur omnino assertivè; addo alium locum, in quo magis assertivè docet reprobationem negativam, scilicet 3. dist. 19. q. 1. §. In ista questione, n. 6. ubi sic ait: Quantum ad primum, dico; quòd Incarnatio Christi non fuit occasionaliter prævisà, sed sicut finis immediatè videbatur à Deo ab æterno, ita Christus in natura humana &c. Tunc iste fuit ordo in prævisione divina. Primò enim Deus intellexit se sub ratione summi boni in secundo signo intellexit omnes alias creaturas: in tertio prædestinavit hos ad gloriam, & gratiam, & circà alios habuit actum negativum non prædestinando. Igitur de mente Scoti non est relictus dubitandi locus.

Potè ex jam dictis colligitur, hanc reprobationem negativam directè fore oppositam prædestinationi secundum ordinem intentionis, id est, prædestinationi, quam Deus habuit ante prævisum meritum, & ante prævisum peccatum originale. Hinc qui negant illam prædestinationem, & dicunt, pro eodem signo, quo Deus quosdam elegit ad gloriam ex prævisis meritis gratiæ, alios à gloria æterna eum exclusisse ob demerita prævisà, vel ob originale peccatum; & pro illo signo, quo electis decrevit gratiam efficacem, aliis decrevisse gratiam sufficientem, & à gratia efficaci exclusisse eosdem; hi, inquam, non agnoscunt reprobationem negativam; & (ut notat Smil. sup. n. 730.) loquuntur consequenter; iisdemque fundamentis, quibus electio ad gloriam ante prævisionem meritum probatur, vel impugnatur, etià probatur vel impugnatur reprobatio negativa; quæ omnia Sect. præced. Conclus. 4. latè tractavimus, ut eadè non sint hoc loco cum tædio lectoris repetenda.

FF

Solum

132.

An detur in Deo libertas suspensiva omnis actus Scotus.

133.

An Scotus ad reprobationem negativam requiratur actum positivum. Smil. sup. n. 729.

Locus, in quo Scotus docet hanc reprobationem

134.

Reprobatio negativa opponitur prædestinationi in intentione.

135.
Quando
Aug. loqua-
tur de re-
probatione
negativa.

Quando
positiva.

Smiling.

136.
An detur
reprobatio
positiva in-
completa, &
quid illa sit.

Primus lo-
cus D. Aug.
in quo vide-
tur de ea
loqui.

Secundus.

Solum, ut sciatur (auditis Theod. sup. n. 731.) quando de negativa reprobatione loquatur Augustinus, notandum, eam ab Aug. appellari *Non electionem*, de *Dono persever.* c. 9. de *Corrept. & grat.* c. 9. & 13. *Non discretionem à massa perditâ & damnata*, de *Prædest.* SS. c. 3. 16. 18. de *Dono persever.* c. 8. & 9. lib. 2. contra duas Epist. Pelag. cap. 9. & alibi passim, *Non consecutionem sortis*, de *Dono persever.* c. 9. & alibi. Quando verò loquitur de reprobatione positiva, illam vocat *lustum iudicium*, ut de *Corrept. & grat.* c. 10. & de *Dono persever.* cap. 8. 11. 12. 14. alisque in locis ubi sæpè in eodem capite loquitur jam de negativa, jam de positiva reprobatione; quemadmodum etiam frequenter in eodem loco jam agit de *Prædestinatione* ex prævisis meritis secundum executionem, jam de *prædestinatione* ante prævisa merita secundum intentionem. Eaque in re Augustinum imitatus esse ejus discipulos, notat idem Auctor n. 557. & 578. Videatur ibi. Nec putes, hanc illorum loquendi rationem esse inutilem; nam per eam indicant, ita alios esse electos, alios non electos ante merita, vel demerita prævisa, ut tamen neque electionem illam ante prævisionem demeritorum, neque istam non electionem ante prævisionem demeritorum decreverit Deus mandare executioni: quæ doctrina (inquit Smif. sup. nu. 731.) erat necessaria tum ad explicationem Scripturarum, quæ aliquando meritis tribuunt electionem, & demeritis reprobationem; aliquando verò utramque in merum Dei beneplacitum cum operum bonorum & malorum exclusionem reduunt, estque insignis locus ad Rom. 9. quem sæpè attingimus. Sic ille.

Sed non omnibus placet hæc doctrina; & ideo Aliqui, præter reprobationem negativam, id est, non electionem ante prævisum peccatum originale, & reprobationem positivam post prævisum peccatum finale, ponunt tertiam post prævisum peccatum originale, eamque vocant derelictionem in originali massa perditionis, & dicunt esse positivam incompletam, de qua intelligunt istud D. Aug. Lib. de *Corrept. & Grat.* c. 7. *Ac per hoc, & qui Evangelium non audierunt, & qui, eo audito, in melius commutati, perseverantiam non acceperunt; & qui, Evangelio audito, venire ad Christum, hoc est, in eum credere noluerunt. . . . & qui per ætatem parvulam nec credere potuerunt, sed ab originali noxa solo possent lavacro regenerationis absolvi, quo tamen non accepto mortui perierunt, non sunt ab illa confessione discreti, quam constat esse damnatam, euntibus omnibus ex uno in condemnationem.* Item quod ait circa finem ejusdem cap. *Qui verò perseveraturi non sunt, ac sic à fide Christiana & conversatione lapsi sunt, ut tales eos vita hujus finis inveniat, procul dubio nec illo tempore, quo bene pieque vivunt, in isto numero (prædestinatorum) computandi sunt. Non enim sunt à massa illa perditionis præscientiâ Dei & prædestinatione discreti, & ideo nec secundum propositum vocati, ac per hoc nec electi.*

Adde, quod scribit Enchir. c. 95. *Tunc (licet in futura vita) non latebit, quod nunc latet, cum de duobus parvulis unus esset assumendus per Dei misericordiam, alius per iudicium relinquantur, in quo is, qui assumeretur, agnosceret, quid sit per iudicium deberetur, nisi misericordia subveniret; cum ille potius, quam iste fuerit assumptus, cum causa una esset ambobus: cur apud quendam non facta sit virtutes, quæ si factæ fuissent, egissent illi homines penitentiam, & factæ sint apud eos, qui non fuerant credituri. . . . Nec utique Deus injuste voluit, ut salvi fieri, cum possent salvi esse, si volent. Denique, ut alia quamplurima omittam, de hac reprobatione positiva incompleta intelligunt, quod legitur lib. de *Dono Persever.* c. 14. *Ceteri autem ubi, nisi in massa perditionis iusto divino iudicio relinquantur? Vbi Tyrrii relicti sunt & Sideri, qui etiam credere potuerunt, si mira illa Christi signa viderent. . . . In eadem perditionis massa relicti sunt etiam Iudæi, qui non potuerunt (id est, noluerunt) credere factis in conspectu suo tam magnis clarisque virtutibus.**

Judæi; inquam, qui (ut loquitur idem S. Doctor lib. de *Grat. & Lib. Arbitr.*) de se presumptantes, gratiam repellebant, & in Christum propterea non credebant. Adeoque (ut idem notat de *Dono Persever.* cap. 9.) facile est, ut infidelitatem (eorum) accusamus de libera voluntate venientem, qui factis apud se tam magnis virtutibus credere noluerunt. Igitur secundum phrasim S. Aug. non posse credere aliquando idem est, quod nolle credere.

Undè Tract. 53. in Joân. ad illa verba cap. 12. *Propterea non poterant credere, &c.* sic ait: *Quare non poterant, si à me quæritur, cui respon. Deo, quia volebant: malam quippe eorum voluntatem pravitati Deus, &c.* Et infra, multis interjectis, inquit: *Sic autem dictum est, non poterant, ubi intelligendum est, quod volebant, quemadmodum dictum est de Domino Deo nostro (2. Timoth. 2. v. 13.) Si non credimus, ille fidelis permanet, neque seipsum non potest: de omnipotente dictum est: non potest. Sicut ergo, quod Dominus negare seipsum non potest, laus est voluntatis divina, ita quod illi non poterant credere, culpa est voluntatis humane. Quam expressa (inquit Hauzeur Tom. 1. Aristoteliæ ad ista verba) protestatio, ac explicatio libertatis humane in peccando? Quamvis enim compareret impotentiam credendi in Iudæis cum impossibilitate negandi seipsum in Deo: non tamen ad æqualitatem. Sic ille.*

Sequitur apud D. Aug. *Ecce dico & ego, qui, qui tam superbe sapiunt, ut sua voluntatis virtutem tantum existiment esse tribuendum, ut negent sit esse necessarium divinum adiutorium ad bene vivendum, non possunt (quia nolunt) credere in Christum.* Et post pauca: *Qui ergo ignorans Dei justitiam, quæ justificatur, suam vult constituere, quæ convinctur superbus, in hunc non potest credere (quia non vult) hinc & illi (Judæi) non poterant credere, non quia mutari in melius homines non possunt, sed quia mutari talia sapiunt, non possunt credere. Hæc excruciantur & indurantur, quia negando divinum adiutorium non adjuvantur.* In quo ergo compe-

rat Aug. impossibilitatem credendi in Judæis
eum impossibilitate negandi seipsum in Deo?
Respondeo; quia sicut implicat Deum negare
seipsum; ita implicat Judæos credere in Chri-
stum, & negare sibi esse necessarium divinum
adjutorium ad bene vivendum; sic enim cre-
derent in Christum, ut supponitur, & non cre-
derent; quia Christus Joan. 15. v. 5. dixit: Sine
me nihil potestis facere. Quod probè sciens D.
Aug. ibidem ait: Fides autem Christi est credere
in eum, qui iustificat impium, credere in Mediato-
rem, sine quo interposito non reconciliamur Deo; cre-
dere in Salvatorem, qui venit quod perierat quærere,
atque salvare; credere in eum, qui dixit: Sine
me nihil potestis facere. Qui ergo, &c. ut sup.

Sed revertamur ad propositum nostrum (à
quo parum defleximus) Aliqui putant Aug. de-
bere intelligi de reprobatione positiva incom-
pleta, & non de reprobatione negativa ante
omne peccatum; eo quod videatur supponere
peccatum originale, ratione ejus Deus justè
potuisset omnes homines positive completè re-
probare, ipsi decernendo æternam damnatio-
nem, sicut reprobavit omnes Angelos malos.
Audite D. Aug. Lib. de Dono Persever. c. 8.
Non sumus ingrati, quod secundum placitum volun-
tati sue, in laudem gloriæ gratiæ sue, tam multos
liberat misericors Deus de tam debita perditione; ut,
si inde neminem liberaret, non esset injustus: ex
non quippe omnes in condemnationem non injustam
judicati sunt ire, sed justam. Qui ergo liberatur,
gratiam diligit, qui non liberatur, debitum agnoscit.
Et ad idem propositum Enoch. cap. 27. sic ait:
Et siquidem in melius hominum reformationem
nullam prorsus esse voluisset, sicut impiorum nulla
est angelorum; nonne merito fieret, ut natura, quæ
Deum deseruit, quæ præceptum sui Creatoris, quod
custodire facillime posset, sua malè utens potestate
calcarit atque transgressa est... universa in æ-
ternum desereretur ab eo, & pro suo merito penam
penderet sempiternam? Planè ita faceret, si tantum
justus, non etiam misericors esset, suamque indebi-
tam misericordiam multò evidentius in indignorum
peccatis liberatione monstraret.

Poruit ergo Deus omnes homines propter
solum peccatum originale positive completè
reprobare, sed noluit; eligens aliquos, quos li-
beraret non solum à peccato originali, verum
etiam quibus concederet perseverantiam usque
in finem, atque adeò tribueret vitam æternam,
juxta illud Matth. 10. v. 22. Qui perseveraverit
usque in finem, hic salvus erit. De his loquitur
Aug. de Coirept. & grat. c. 7. dicens: Quicum-
que ergo ab illa originali damnatione ista divina
gratia largiatur discreti sunt, non est dubium, quid
& procuratur eis audiendum Evangelium, & cum
audierint, credunt, & in fide, quæ per dilectionem
operatur, usque in finem perseverant. Aliis autem
voluit quidem concedere remissionem peccati
originalis; non tamen perseverantiam usque
in finem, adeoque eos reprobavit positive
completè propter peccatum actuale finale, in-
completè autem propter peccatum originale,
quo dignerant, ut in massa perditionis relin-

Tomus II.

querentur. Denique, quosdam noluit liberare
à peccato originali; ac proinde etiam propter
istud positive completè eos reprobavit. Utur
sit de mente D. Aug. quæ non est certa, prout
patet ex antedictis, ubi eam cum Smif. aliter
interpretati sumus, quasi etiam admisisset re-
probationem negativam seu ante prævitum
peccatum originale; quæ supposita (quidquid
sit de veritate rei) quæritur hic, quæ sit ejus
causa. Et responderetur:

CONCLUSIO VI.

Reprobatio negativa ex parte re-
probi nullam habet causam, ha-
bet ex parte Dei.

Patet pars ex dictis de prædestinatione in
intentione, quam ex parte prædestinati
nullam habere causam, diffusè probavimus suo
loco, siue consideretur absolute, siue respectivè
ad non prædestinatos; ergo consimiliter hæc
reprobatio, si detur, eum opponatur directè
illi prædestinationi, nullam habet causam, siue
consideretur absolute, siue comparative ad præ-
destinatos; v.g. non datur causa ex parte Esau,
quæ illi non elegerit Deus, & elegerit Ja-
cob; uti etiam non datur causa ex parte Esau,
quæ illi non elegerit pro illo signo, in
quo elegit Jacob. Ita docent Omnes, qui eam
reprobationem asserunt, Smif. sup. n. 732. Fel-
lix de Prædest. c. 6. diff. 2. n. 4. & 5.

Et quidem de reprobatione respectivè sump-
ta probatur (inquit Francif. d. n. 4.) ex Scrip-
tura, ubi prædestinationem, & reprobationem
vocat Sacramentum absconditum, eum ex ea-
dem massa Adæ alia vasa faciat Deus in hono-
rem, alia in contumeliam ad Rom. 9. Undè
propter hanc discretionem sine causa, exclamat
Paulus: O altitudo divitiarum &c. ad Rom. 11.
v. 33. Quod patet ex Aug. tr. 26. in Joan. Quare
illum trahat, & illum non trahat, noli velle judica-
re, si non vis errare. Ratione probatur: quia con-
tingit eum, qui gravioribus peccatis est irreti-
tus, salvari, & non, qui minoribus; ergo pec-
cata actualia nequeunt in adultis esse causa re-
probationis hujus præ aliis; aliis, qui majora
peccata haberet, esset damnandus. Confirmatur
in parvulis; quorum quidam baptizantur, & sal-
vantur; alii non, in quibus nulla potest esse
causa, eum originale in omnibus sit æquale.
Hucusque Felix.

Sed hæc omnia etiam applicari possunt re-
probationi positive incompletæ, seu dereli-
ctioni in massa perditionis, ut infra patebit, ubi
de causa ejus. Interim si illa non habet causam
ex parte derelicti, illa, inquam, derelictio, re-
spectivè considerata, neque eam habet non ele-
ctio respectivè considerata, non habet, inquam,
causam ex parte non electi, quæ enim dispa-
ritas? Non video; tamen sit magnū discer-
niculum, si hæc duo considerentur absolute;

F f 2

eum

143.
Probatur
1. pars
Conclus. à
simili.144.
Probatur ex
Script.
Felix.Probatur
ratione.

145.

cum derelictio supponat peccatum originale, secus non electio. Et ideo non electio, etiam absolute spectata nullam habet causam ex parte reprobis; secus derelictio, ut infra videbimus. Quomodo autem non electio haberet, cum præcedat prævisionem omnium demeritorum; sicut prædestinatio in intentione præcedit prævisionem omnium meritorum ipsius prædestinati? Num posterius potest esse causa seu ratio prioris? An forte natura ipsa reprobi fuit causa, quare Deus eum non elegerit? Quis ira desipiat, ut hoc dicat? Igitur in signo posteriori illius non electionis Deus adhuc potuisset eum eligere, si voluisset, vel ex prævisis meritis, vel sine illis, ut alibi adhuc dixi.

Posterius
nequit esse
causa prio-
ris.

146. Quando ergo S. Prosp. Responsione 3. ad Object. Gall. de reprobis dicit: Non ex eo necessitatem pereundi habuerunt, quia prædestinati non sunt; sed ideo prædestinati non sunt, quia tales futuri ex voluntaria pravaricatione præcisi sunt: non loquitur de reprobatione hac negativa, sed de positiva completa, vel incompleta, usus termino negativo, scilicet, *Prædestinati non sunt*, pro termino positivo, puta, *Reprobati sunt*. Paret ex contextu. Et ratio est; quia cum semper non electioni conjuncta sit reprobatio positiva (quàmvis potuerint esse disjunctæ, ut mox indicavi) hinc extra rigorosam disputationem (ut bene notat, Felix sup. num. 6.) solet una pro altera usurpari. Et consimiliter, cum Aug. assignat pro causa reprobationis, peccatum originale, non loquitur de negatione tantum gloriæ, sed de reprobatione positiva incompleta, ut sup. indicavi, & infra latius dicitur.

147. Impreæsentiarum obijciuntur: ex eo quod Deus negativè se habeat erga reprobos, damnabuntur; ergo non est necessaria reprobatio positiva. Respondeo neg. Antecedens; nam, ut statim dixi, in signis sequentibus poterat Deus illos prædestinare, solum ergo sequitur, quod quantum est ex parte reprobationis negativæ, non salventur.

148. Instabit aliquis: si ex vi negativæ reprobationis non salvantur, ergo damnantur poenâ damni, quæ in privatione gloriæ consistit. Respondet Felix sup. neg. Sequelam; nam (inquit) ut privatio gloriæ habeat rationem poenæ, debet provenire ex justitia punitiva Dei, quæ necessariò præsupponit peccatum; reprobatio verò negativa non provenit à justitia punitiva; nam solum est negatio liberalitatis, & misericordiæ Dei. Unde si Deus merè negativè se haberet circa aliquos; immò si positivè vellet carentiam gloriæ illis, non præsupposito peccato, talis carentia non esset poenâ, sed solum poenâ; sicut esset in homine creato absque ordine ad finem supernaturalem. Sic ille.

149. Sed enim, urges: si non datur ex parte reprobi causa aliqua, propter quam eligatur in illo signo: ergo datur propter quam non eligatur. Consequentia probatur: quia defectus causæ, quæ moveat ad eligendum, vide-

tur sufficiens causa non electionis. Respondet S. Felix sup. hoc convincere, si prædestinatio facta fuisset ex meritis: sed cum facta sit ex liberalitate Dei, ille defectus motivi & causæ in non electis non potest esse ratio & causa suæ non electionis; quia ubi affirmatio non est causa affirmationis, negatio opposita non est causa negationis. Ita Francis.

Quando ergo 2. Petri 3. v. 9. dicitur: Non tardat Dominus promissionem suam, sicut quidam existimant; sed patienter agit propter vos, ne aliquos perire, sed omnes ad penitentiam reverti, constat sermonem esse de reprobatione positiva completa, vel incompleta; quia supponitur peccatum, tamquam obiectum formale penitentiae. Et ita intellige alias Scripturas, quæ similiter loquuntur. De eadem reprobatione loquitur D. Aug. lib. de Dono persever. c. 11. circa principium, dicens: Investigandum ergo est misericordia, quæ cuius vult miseretur (Deus) nullus ejus præcedentibus meritis; & investigabilis veritas, quæ, quem vult, obdurat, ejus quidem præcedentibus meritis, sed cum eo, cuius miseretur, plerumque communibus. Sicut duorum gentium, quorum unus assumitur, alius relinquitur, dispar est exitus, merita communia. In quibus tamen sic alter magnâ Dei bonitate liberatur, ut alter nullâ ejus iniquitate damnatur.

Hunc locum sibi obijciit Felix sup. n. 7. & respondet: duplicem esse indurationem; alteram (inquit) negatio prædestinationis, ex qua prævidetur peccator in peccatis moriturus, ad quam non præcedit induratio in peccatis, sed ab ea incipit status peccati, à quo homo non est finaliter surrecturus: altera est subtrahio gratiæ, quæ prævidit futurum, ut homo in prioribus peccatis maneat obstinatus; & de hac loquitur Aug. ad quam præsupponuntur peccata. Sic ille. Atque consimiliter explicat S. Augustinum, quando sæpè ait, reprobationem esse derelictionem in massa corrupta merito peccati, sicut prædestinatio est liberatio ab eadem massa. Sed de hac derelictione jam aliquo diximus, & Concluf. sequenti plura dicemus.

Addo hic aliam objectionem ex eodem Autore sub hac forma verborum: Si non datur causa reprobationis negativæ, sequeretur pauciores reprobari, quàm prædestinari; cum Deus sit prior ad beneficiendum. Respondet neg. Sequelam: nam (inquit) licet Deus prior sit ad misericordiam; quia tamen homines suâ sponte volunt peccare, ideo plures reprobant positivè. Neque reprobatio negativa est absolute reprobatio; præcipue, cum Deus habeat voluntatem antecedentem salvandi omnes, ex vi cuius tribuit sufficientia auxilia, quibus salvari possint. Neque ex negatione prædestinationis offenditur Dei bonitas; nam cum Deus sit gratiæ, & gloriæ Dominus, potest illas elargiri, quibus voluerit, & non aliis. Ita Francis.

Ubi triplicem assignat rationem negativæ Sequelæ. Respondet? Tu cogita: ego dico: non obstante reprobatione positivâ, etiam completa,

pleta, adhuc Deus dat gratiam sufficientem, & tamen illa est absolute reprobatio. Ex prima autem ratione sequeretur, quod si saltem plures elegerit, quam negativè reprobasset, & per consequens plures, quam positivè reprobasset, quia positiva reprobatio supponit negativam, neque ullus est positivè reprobatus, qui antè fuerit electus. Licet ergo Deus sit prior ad beneficiendum, quia summè bonus, & bonitas est diffusiva sui, tamen, cum sit Dominus gloriæ, & gratiæ, potuit habere iustissimas rationes, tamen nobis occultas, propter quas pauciores elegerit, & plures non elegerit, quamquam enim ex parte reprobi negativa reprobatio non habeat causam, attamen, ut dicitur secunda pars Conclus. habet ex parte Dei.

Interrogat quispiam: eequæ illa? Universa. Interrogat quispiam: iuxta illud Proverb. 16. v. 4. *Universa propter semetipsum operatus est Dominus.* Quia tamen hic finis universalis non potest attingi, nisi ratione alicujus particularis eadit sub actione agentis; hinc queritur, quis sit ille particularis finis seu particularis causa ex parte Dei respectu negativæ reprobationis. Felix sup. n. 1. sic ait: Ex parte Dei quævis nulla sit causa, quare in particulari elegerit Jacob, & non Esau, cum eodem modo manifestarentur attributa Dei, si elegerit Esau, & non Jacob, tamen loquendo de causis in communi, plures habuit Deus rationes, quare hos, & non illos elegerit, quæ desumuntur ex manifestatione dilectionis Dei, & ut relinqueret creaturas omnibus modis liberæ, & ut ostenderet fragilitatem virum naturalium &c. Ita Francis.

At nunquid consiliarius Dei fuit? An quia Felix ignorat rationem particularem, quare Deus elegerit Jacob potius, quam Esau, ideo Deus nullam habere potuit, aut habuit? Bene dicit Smif. sup. n. 732. in principio, reprobationem negativam non carere ratione ex parte Dei, quamquam speciales rationes, quas forte Deus habuit, nos lateant, & quoad hoc Apostolus ad Rom. 9. Augustinus, & ejus Discipuli passim inferutabilem esse doceant rationem hujus mysterii, quod, quibusdam electis, alios non similiter elegerit Deus. Sic ille.

Audite nunc Doct. Seraphicum S. Bonav. 1. diff. 4. 1. 2. 1. q. 2. in corp. *Si queratur in speciali, quare magis vult iustificare unum, quam alium, duobus similibus demonstratis, quia multa possunt esse rationes congruentia, ideo non est certitudo à parte rei: & ideo, cum cognitio nostra pendeat à certitudine rei, nullus certam potest invenire rationem, nisi habeat per revelationem illius, cui dubia sunt certa: & quia non fuit nobis expediens ad salutem ista cognitio, sed utilior fuit ignorantia propter humilitatem, ideo Deus noluit revelare, & apostolus non fuit ausus inquirere, sed ostendit defectum nostræ intelligentiæ, cum exclamavit Rom. 11. O altitudo divitiarum &c. Et ad illud, quod obijciatur de Scriptura sacra, quod*

assignat beneplacitum Dei pro ratione: Dicendum (inquit) quod, quævis assignet pro ratione, & aliam non exprimat, non tamen est ideo concludendum, quod non sit alia, quia non sunt omnia scripta, sed nobis utilia. Utile autem fuit scire, quod divinum beneplacitum est causa, & ratio, ut discamus eum timere, & nihil meritorium nobis tribuere.

Hinc D. Aug. de Prædest. SS. cap. 8. in fine, aliàs 9. circa principium *Cur (inquit) istum potius, quam illum liberet, inscrutabilia sunt judicia ejus, & investigabiles viæ ejus. Melius enim & hic audimus aut dicimus: O homo tu quis es, qui respondens Deo, quàm dicere audeamus quasi noverimus, quod occultum esse voluit, qui tamen aliquid injustum velle non potuit. Et cap. 8. de Corrept. & grat. in principio: Hic si à me quaratur, cur vis Deus perseverantiam non dederit, quibus eam, quæ Christianè viverent, dilectionem dedit, me ignorare respondeo. Non enim arroganter, sed agnoscens modulum meum, audio dicentem Apostolum. O homo &c. Quantum itaque nobis iudicis sua manifestare dignatur, gratias agamus, quantum verò abscondere, non adversus ejus consilium murmuremus, sed hoc quoque nobis saluberrimum esse credamus. Et siquidem Felix nihil aliud velit, quàm nobis esse occultas rationes, cur Deus in particulari elegerit potius Jacob, quàm Esau, optimè dicit, & ei subscribimus, fin autem absolute neget, Deum habuisse rationes, perperam loquitur, & malum sequi D. August. & D. Bonavent. qui confitentur Deum habuisse rationes, quas tamen noluit hominibus manifestare.*

Illas ergo rationes seu causas hic non inquirimus, sed causam in particulari, quare generaliter non omnes elegerit, quos potuisset eligere, si voluisset, aut aliquos tantum, cæteris prætermisiss. Loquor de non electione ad gloriam seu vitam æternam. Equidem Smif. sup. n. 736. supponit hanc quæstionem habere facilem resolutionem. Nam (inquit) causa ejus est ostensio libertatis, & libertatis divini bonitatis in hominum electione ad vitam æternam, quæ non ita ostenderetur, si omnes ad illam vitam eligeret. Nam videri posset electio omnibus debita, saltem ex institutione naturæ humanæ; cum habeat naturalem capacitatem passivam & activam ad visionem & fructum beatificam (loquendo de activa inadæquata) & sic per electionem omnium ad illam beatitudinem solum videretur expletus appetitus naturalis ejusdem beatitudinis, qui appetitus non est aliud, quàm prædicta capacitas, & per quod naturalis appetitus rei expletur, illud videri posset naturaliter debitum tali rei. Ut igitur electio merè gratuita eluceret, congruum fuit, quibusdam electis, quosdam non eligi pro solo Dei beneplacito. Sic ille.

Et hanc causam (pergit) Paulus assignat ad Rom. 9. in solum Dei beneplacitum referens, quod aliquos non elegerit, ad ostendendum divitiarum gloriæ suæ in vala misericordiæ. Itaque de causa negativæ reprobationis à gloria non est difficultas. Sic concludit Theod.

Ex 3 n. 737.

157.
Sententia
D. Aug.

158.
Quæ sit
causa in
particulari,
quare Deus
non omnes
elegerit.
Smifing.

159.
Causa in
particulari
est ostensio
bonitatis
divinæ.

An id rectè colligatur à Theod. ex Apost. Rom. 9. n. 737. in principio. Censen, quodd rectè? Minime, dicit aliquis, quippe n. 709. expressè dicit voculam, *Vt*, apud Apostolum d. cap. *Vt ostenderet divitias gloriæ suæ in vasa misericordiæ, habere vim copulativæ*. Et, adeoque illa verba non habere sensum causalem, sed concomitantem. Quomodo ergo hic benè probat ex illo loco Apostoli, causam reprobationis negativæ esse ostensionem libertatis, & liberalitatis divinæ bonitatis? Si dixeris: ibi loquitur de reprobatione positiva, hic autem de reprobatione negativa, verum dixisti, sed per hoc nodum gordium non dissolvisti. Etenim contendit Smising, Apostolum ibi non agere de reprobatione positiva, sed negativa; & voculam, *Vt*, non esse causalem, quomodo ergo ex illo modo loquendi Apostoli, qui non habet sensum causalem, (sed concomitantem, rectè probatur, ostensionem divitiarum gloriæ Dei, in vasa misericordiæ esse causam reprobationis negativæ?

160. *Autor conatur ostendere quid sit.* Ut verum fatear, libentius hic disco, quam dico, ne audeam docere, quod nescio. Dicam tamen aliquid, nempe, priori loco eum non negasse omnem causalitatem isti voculæ, *Vt*; sed tantum causalitatem, quam præstebant Adversarii, utputà causalitatem respectu reprobationis positivæ, quasi idèd Deus positivè reprobasset, decernendo pœnam æternæ damnationis, ut sic ostenderet divitias gloriæ suæ; nam talem reprobationem non poterat Deus mandare executioni, nisi intercedente peccato; atque adèd (ut ipse vult) debuisset velè peccatum. Nam, inquit n. 734. circa finem: omnis efficaciter volens quidpiam propter aliquem finem, debet efficaciter velle id, sine quo illud non potest efficax esse ad talem finem; jam autem, ut habet n. 736. in fine, etiam nullo peccato intercedente, potuit Deus executioni mandare negativam reprobationem à gloria, & per illam ostendere suam liberam & liberalem bonitatem in electos, ut pater. Nam ut suppositi sup, potuit hominem non ordinasse ad vitam æternam, & per consequens potuit aliquos in statu puræ naturæ ex liberalitate sua ad eam assumere, & alios relinquere sine aliquo eorum demerito. Cui hæc responsio displicet, querat meliorem, & cum invenerit, renuntiet nobis.

161. *Finis reprobationis negativæ à gratia effici.* Interea eundem finem assigno reprobationi negativæ à gratia efficaci. Nam (inquit Theod. sup. n. 737.) talis ostensio bonitatis per subtractionem gratiæ circa aliquem hominem obtineri posset, etiam si peccatum Deus non permitteret; ut si, posita illà subtractione gratiæ efficaci ad vitandum peccatum; Deus nollet præbere concursum suum ad actum peccati, aut nollet præbere, vel permittere occasionem peccati; tunc enim nihilominus major esset Dei benevolentia in alios, quibus daret gratiam efficacem ad vitandum peccatum, ad quod Deus est paratus concurrere, & occasiones præbere, vel permittere; nam tales per gratiam efficacem liberè & meritorie vitarent peccatum: alius verò non meritorie, nec liberè; unde quàmvis de fa-

cto etiam illi, qui est negativè reprobatus à gratia efficaci, Deus velit præbere concursum ad actum peccati, velique præbere vel permittere occasionem peccandi, & sic permittere illi peccare; hoc tamen non est essentialiter ineluctum in præciso objecto, & effectu negativæ reprobationis à gratia. Potuit ergo Deus velle aliquos negativè reprobare à gratia ad ostensionem suæ bonitatis in vasa misericordiæ, absque eo quod voluerit peccatum: quare nihil obstat, quin dicamus, ob eum finem Deum, ante voluntatem permissivam, & prævisionem peccati, secundum ordinem intentionis aliquos à gratia negativè reprobasse. Hucusque Smising. consequenter ad sua principia.

Si autem ipsum interrogas: an sola hæc ostensio sit causa reprobationis negativæ à gratia? Citò respondet, etiam negativam aliquorum à gloria reprobationem esse causam. Et sic probat (sup. n. 738.) quia, quando affirmatio est præcisa causa affirmationis, negatio est causa negationis: ergo siur intentio finis est præcisa causa electionis mediatorum, sic non intentionis est causa non electionis mediatorum: unde cum electio ad gloriam sit quædam intentio finis, ideòque sit causa electionis ad gratiam, tamquam medium ad gloriam: fit, ut non electio ad gloriam sit causa non electionis ad gratiam. Et hoc per argumentum à contrario probat illud principium: *Quod ordinatè volens prius vult finem, quam media*; hoc est, quia vult finem, idèd vult media: nam à contrario sequitur: ergo quia quis non vult finem, idèd non vult media. Sic ille. Quam etiam doctrinam putat probari ex multis locis D. Aug. in quibus videtur significari, idèd aliquibus negari gratiam efficacem ad perveniendi ad fidem, faciendi poenitentiam &c. quia non sunt prædestinati, seu electi, vel vocati secundum Dei propositum. Vide Auctoritatem citatam sup. n. 733. nos aliqua ex his locis dedimus Conclus. præcedenti, quæ sufficiens ad intelligendam & probandam mentem S. Augustini.

Neque offit huic doctrinæ; quod alibi diximus: nempe, potuisse Deum, etiam posita reprobatione negativà aliquorum à gloria pro illo signo, quo alios elegit ad gloriam, potuisse, inquam, etiam ceteros pro alio signo eligere ad gloriam, & ad gratiam; nam supponimus, Deum non fecisse, quod absolute potuisset facere, id est, semel negativè reprobatos à gloria in alio signo non elegisse ad gloriam. Et præterea subtractionem pro illo instanti, quo non fuerunt electi ad gloriam, illa non electio fuisset causa non electionis ad gratiam pro isto instanti; quàmvis pro sequenti instanti electio ad gloriam potuisset fuisset causa electionis ad gratiam pro eodem instanti. Vide latius Smising. sup. n. 738.

Quæro ego, an valeat hoc argumentum: si non est causa ex parte reprobi negationis gratiæ, ergo, sicut Deus est causa specialis boni operis, quia dat gratis primam vocationem, ita erit causa peccati, quia sine causa permittit illud. Respondet Felix de Reprob. c. 6. diff. 2. n. 9. negando.

ditionis est
peccatum
originale.

Angelos, qui peccaverunt, non solum sine gratia efficaci, sed etiam sine sufficienti; sic indidem omnes homines propter primum peccatum relinquere potuissent; jam autem ex misericordia omnibus sufficientem, aliquibus etiam efficacem gratiam, quā pervenirent ad gloriam, providit; quod verò non omnibus providerit efficacem, causa est peccatum originale, propter quod omnes erant positivè indigni.

168. Præcipuum, quod contra hanc sententiam obijcitur, est illud Trid. Sess. 5. in Deer. de Peccato originali §. 5. Nihil est damnationis iis, qui verè confecti sunt cum Christo per Baptisma in mortem, qui non secundum carnem ambulant, sed veterem hominem exuentes, & novum, qui secundum Deum creatus est, induentes, immaculati, puri, innoxii, ac Deo dilecti effecti sunt. hæres quidem Dei, coheredes autem Christi, ita ut nihil prorsus eos ab ingressu cæli remoretur. Esset autem aliquid damnationis iis, qui verè confecti sunt cum Christo per Baptisma in mortem, si peccatum originale foret vera causa derelictionis in massa perditæ.

169. Respondetur: propter originale deletum, seu remissum quoad culpam non posse quæpiam immediatè excludi à regno cœlestis hereditatis, nihilque aliud Trident. voluisse definire; interim verissimum esse, propter illam culpam, cui obnoxius homo jacuit, noluisse Deum ipsi totale beneficium liberationis decernere, & à perditione, sic ut eam re ipsa evadat, liberare: hoc est, secundum D. August. noluisse ipsum à perditionis massa gratiæ seu beneficiorum suorum prædestinatione discernere, ac proinde voluisse eum finaliter in perditione relinquere. Accedit: quod ex reliquiis illius peccati, quas gratia Christi non abstergit, fiat, ut baptizatus in statum perditionis iterum eadat, in eoque maneat & moriatur. Radicaliter itaque, ut alibi adhuc dictum fuit, oritur subtractio gratiæ efficaciæ finalis ex peccato originali, etiam remisso: quàmquam enim culpa non maneat, propter quam sit dignus damnatione; manet tamen pœna seu pœnalitas, per quam semel culpâ extractus liberâ suâ voluntate novum iterum perditionis reatum incurrit.

170. Confirmatur, quia unum peccatum potest esse pœna alterius peccati personalis, etiam remissi; cum tamen etiam ex illo peccato remisso nihil damnationis remaneat; ergo, &c. Et sanè, si Deus, non prævisio peccato, potuit alicui negare gratiam finalem, & consequenter gloriam; quidni idem potuit facere propter peccatum originale jam remissum & deletum quoad culpam? Etenim per remissionem culpæ non tollitur obligatio ad pœnam quancumque; sed solum ad damnationem æternam, immediatè correspondentem illi culpæ.

171. Ergo quemadmodum de facto manet pœna mortis, aliæque pœnalitates hujus vitæ, manet concupiscentia, quæ ad peccatum inclinatur, remisso originali peccato per Baptismum,

aut similiter non potuit remanere debitum erendi auxilio efficaci? Siquidem illa carentia non necessitat ad peccandum; sed homo libere peccat, cum habeat gratiam sufficientem ad non peccandum. Igitur istud debitum nihil est damnationis magis, quàm concupiscentia, mors & similia.

Sed hæc doctrina non placet Felici de Reprob. cap. 6. Diffic. 2. num. 10. ubi contra eam sic argumentatur. Cum dignitate gloriæ incompossibilis est dignitas erendi auxilio efficaci ad perseverandum in gratia; quia talis dignitas est alicujus, cum quo incompossibilis est vita æterna; quæ sine perseverantia in gratia impossibilis est: ergo, si homo est dignus, ut privetur perseverantiâ, dignus etiam est, ut privetur gloriâ, quæ esse non potest sine perseverantiâ: ergo simul esse non potest dignus eadem gloriâ. Sic ille. Probat: nam Trident. in Decreto de Peccato Orig. ait: In renatis nihil odit Deus; quia nihil est damnationis, &c. ita ut nihil prorsus eos ab ingressu cæli remoretur. Sed debitum erendi auxilio efficaci aliquid damnationis est; nam saltem in radice talis reprob. bus damnaretur ad pœnam ob originale dimissum; sicut eligitur ad gloriam gratis in radice: ergo peccatum dimissum non est causa negationis gratiæ.

Respondetur, hominem non esse simul dignum gloriâ, & privatione gloriæ pro eodem tempore, siue immediatè, bene tamen posse esse pro hoc tempore, & immediatè dignum gloriâ; pro alio verò tempore, & mediâtè esse indignum gloriâ. Quàmvis ergo peccatum originale quoad culpam remissum sit; ideoque pro illo tempore ille, cui remissum est, immediatè sit dignus gloriâ, ita ut, si per possibile vel impossibile moreretur, consequeretur gloriam; equidem adhuc potest esse dignus, ut pro tempore sequenti careat auxilio efficaci ad vitandum peccatum finale, quo peccato posito, jam amplius non manet dignitas ad gloriam, sed immediatè est indignus.

Probat à simili: si quispiam esset reus capitalis, vel privationis omnium bonorum, posset pater Rex ipsi remittere injuriam sibi illatam, & pro hoc tempore non velle ipsum privare bonis suis; attamen pro alio tempore exigere pœnam debitam, quàmvis prævideret, quod ex pœna illata sequeretur nova injuria. Sic ergo imprecensurum, Deus poterat nos (ut ante dictum fuit) pro perpetuo propter peccatum originale privare gratiâ efficaci, sicut privavit Angelos malos propter suum peccatum (imò etiam secundum Felicem sup. n. 9. sine omni peccato prævisio; quia saltem homo haberet adhuc gratiam sufficientem, quâ posset salvari, si veller) quàmvis ergo pro tempore remiserit illam pœnâ, dando gratiam efficacem, per quam homo sibi reconciliaretur, & etiam fieret dignus æternâ gloriâ, potuit nihilominus ex iusto judicio postmodò velle eandem pœnam infligere, quàmvis prævideret, quod ex illatione pœnæ sequeretur nova injuria ergo

erga Deum, per quam constituetur homo indignus gloriâ aeternâ: maximè cum adhuc habeat gratiam sufficientem vitandi peccatum, atque adeo retinendi dignitatem gloriæ.

Sed enim, dicit aliquis: non est major ratio efficacis auxilii, quàm sufficientis, ergo, si potest subtrahere auxilium efficax in pœnam originalis dimissi, etiam poterit subtrahere sufficientem. Respondetur: disparitatem esse, quod ex subtractione gratiæ sufficientis proveniat impossibilitas salutis, quæ est aliquid damnationis, ut patet in Dæmonibus: at verò cū subtractione solius gratiæ efficacis manet vera possibilitas salutis, id est, homo potest salvari & non salvari; quod si non salvetur de facto, id non provenit ex parte Dei, sed ex propria voluntate reprobis, libere deficientis.

Igitur carentia solius gratiæ efficacis non est pœna aeterna, sive damnatio, aut aliquid damnationis, quia, cā posita, adhuc liberum est peccare, & non peccare, id est, homo libere peccat, quod peccatum privat Deo; non autem carentia gratiæ efficacis, quantum est ex parte sua. Confirmatur quia posset Deus subtrahere hanc gratiam, & non velle concurrere ad peccatum; atque ita manere dignitas gloriæ cum carentia gratiæ efficacis; ergo illa carentia non est immediata privatio Dei.

Hæc dicta sunt potius disputationis gratiâ, quàm resolutionis, ad ostendendam probabilitatem istius doctrinæ, quam hæcenus non vidi ab Ecclesiâ censuram, quàmvis Aliqui velint, eam non esse tutam. Intelligenda autem est de reprobatione seu derelictione absolute spectata: nam cur potius Deus elegerit Jacobum, quàm Esau, & hunc dereliquerit in massa perditionis, non istum, cum uterque haberet eandem causam, scilicet peccatum originale, nulla est ratio ex parte reprobis, ut patet, & passim inculcat D. August. recurrentes semper ad altitudinem scientiæ divinæ. Atque hæc satis de causa reprobationis negativæ, ac reprobationis positivæ incompletæ, ex quibus confestim cognoscitur, quis sit illarum effectus, de quo instituitur]

CONCLUSIO VIII.

Effectus reprobationis tum negativæ, tum positivæ incompletæ est subtractio gratiæ finalis.

Se sententia communis eorum, qui docent, dari ejusmodi reprobationes. Et ratio est clara; quia concessio gratiæ finalis est effectus prædestinationis; ergo ejus subtractio effectus reprobationis, non positivæ completæ, ut antea ostensum fuit; ergo negativæ, ac positivæ incompletæ. Enimvero, prout dixi Conclus. 6. sicut intentio finis est præcisa causa electionis mediorum, ac per hoc electio

mediorum, & ipsa media ejus effectus; sic non intentio finis, est causa non electionis mediorum, atque adeo non electio mediorum ejus effectus: unde cum electio ad gloriam, seu prædestinatio sit quædam intentio finis, ideòque sit causa electionis ad gratiam, & consequenter concessio gratiæ ejus effectus, tamquam mediū ad gloriam; sit, ut non electio ad gloriam, vel derelictio in massa perditionis sit causa non electionis ad gratiam; & per consequens subtractio gratiæ, ac proinde subtractio gratiæ finalis ejus effectus.

Dico: *Gratiæ finalis*; quia sicut non dicitur quis electus simpliciter, nisi sit electus ad gratiam finalem; ita neque simpliciter non electus, nisi sit non electus ad gratiam finalem, quæ est illa, quam Deus dat ad vitandum peccatum finale. Et sub hac gratia ad vitandum peccatum finale comprehendo (inquit Smil. sup. n. 743.) tum ipsam habitualement gratiam finalem, excludentem formaliter peccatum finale, tum etiam gratiæ auxilium, requisitum ad aliquem actum finalem, ad quem forte reprobis obligatur in fine, ut ad eliciendum actum penitentiae, ad petendum Sacramentum &c. quia ad vitandum peccatum finale, oppositum illi actui requiritur tale gratiæ auxilium. Hæc igitur omnia rectè intelliguntur sub illo loquendi modo, ad vitandum finale peccatum, & ita subtractio gratiæ ad omnia illa finaliter habenda est effectus negativæ reprobationis simpliciter. Subtractio verò gratiæ ad vitandum peccatum non finale est effectus negativæ reprobationis secundum quid; quemadmodum concessio gratiæ ad bonum non finale est effectus prædestinationis secundum quid. Hæcenus Theod. Optimè ad nostrum propositum, intelligendo sub negativa reprobatione etiam positivam incompletam.

Si autem queritur, an illa subtractio gratiæ sit idem, quod permissio peccati. Respondent Aliqui, negativè, cum etiam hæc ab illa possit re ipsa separari; permissio enim peccati duo includit, videlicet subtractionem gratiæ efficacis ad vitandum peccatum, & concursum Dei ad actum peccati; nam si Deus nollet concurrere ad actum peccati, etiam si gratiam efficacē subtraheret, non diceretur permittere, sed potius impedire peccatum. Habet se ergo permissio peccati ad subtractionem gratiæ efficacis velut totum ad partem: potest autem existere pars, non existente toto.

Sed contrā (inquit Smil. sup. n. 740.) Si permissio peccati includit concursum ad actum peccati: ergo, posita permissione, necesse est esse peccatum; non modò necessitate consequentiæ & concomitantia, sed etiam necessitate antecedentiæ & causalitatis, quā necessitate, posita actione, ponitur effectus: Consequens videtur esse contra communem modum loquendi, quæ expressè supponit Scot. in 1. dist. 41. q. un. §. Potest aliter dici n. 13. Accipe ejus verba: Sed adhuc contra istud instatur, quia Deus certitudinaliter non prævideret Iudam esse malum secundum istam viam; nam sola permissio alicujus actus, & certitudo

179.
Qua sit
gratiæ finalis.
Smil.

180.
An subtractio
gratiæ
sit idem,
quod permissio
peccati. Elegant
Quidam.

181.
Contra arguit Smil.

Allegat pro
se Scotum.

de permissione, non facit certitudinem de illo actu, quia oporteret habere aliquam causam effectivam. Igitur ex hoc solo, quod Deus praescit, se velle iudam permittere peccare, non erit certus de iuda peccaturo, vel iudam esse peccatorem. Vel loquamur de Angelo bono & malo, qui non erant in peccato originali; ex hoc, inquam, solo (ut videtur) non offertur sibi Lucifer ut peccator.

182. *Qua ratione Deus praesciat aliquem peccaturum.*
Et infra: Primum istorum (scilicet quod iam positum est) solvitur per hoc, quod Deus praescit se cooperaturum Lucifero ad substantiam illius actus, qui erit peccatum. Hoc autem praescit; quia vult cooperari illi, si est peccatum commissionis; vel praescit se non cooperaturum ad actum aliquem, si non vult ipsum. & hoc si iste actus primus est peccatum omissionis: & sciendo se cooperaturum ad talem substantiam actus cum non circumstantiis debitis, vel non cooperaturum ei ad actum necessarium, & per consequens, quem omittet, sciet illum peccaturum; ita quod scit hunc peccaturum, non solum, quod scit se permissurum, sed etiam quia scit se cooperaturum huic ad substantiam actus non circumstantiati, & per consequens, iste committet: vel non cooperaturum ei ad actum necessarium, & per consequens iste omittet. Idem docet dist. 47. ejusdem libri qu. un. num. 3. vers. Ad primum. Supponit ergo Scotus (inquit Theod.) ex permissione peccati non esse consequens (secundum necessitatem causalitatis) fore peccatum.

183. *Deus vult permittere peccatum subrahendo gratiam efficacem.*
Deinde: Scotus dist. 41. num. 12. vers. Dici potest, agens de finali peccato Judae, & omnes DD. in 1. dist. 47. explicantes voluntatem Dei permissivam peccati, dicunt Deum velle permittere peccatum, volendo subtrahere gratiam efficacem. Sic ille. Hae sunt verba Scoti: In tertio instanti, quando vult permittere Petrum esse de massa perditionis, sive dignum perditione, & hoc sive propter peccatum originale, sive actuale: tunc vult permittere iudam simili modo esse filium perditionis; & hic est primus actus positivus; uniformis quidem circa Petrum, & iudam: sed ex isto actu est istud verum, iudas erit finaliter peccator, postis illis negationibus, scilicet quod non vult sibi dare gratiam, nec gloriam.

184. *Quid sit permissio peccati secundum Smifing.*
Quid ergo ad quaestionem propositam? Respondet Smif. sup. n. 741. permissionem peccati non esse aliud, quam subtractionem gratiae efficacis ad vitandum illud; concursus autem ad actum peccati esse quidem requisitum ad eventum peccati, seu ut peccatum fiat; non tamen idecirco ad permissionem pertinere; quoniam plura requiri possunt ad exequendum peccati actum praeter permissionem; puta naturales vires ad peccandum, & alia media ad peccandum, quas vires & media non dicimus esse ex permissiva Dei voluntate, sed ex positiva; adeoque ad permissionem non pertinere: unde similiter concursus Dei ad actum peccati non est ex permissiva, sed ex positiva Dei voluntate; illa scilicet, qua decrevit causis secundis praebere concursus, suae virtuti proportionatum; cur ergo ille concursus vocabitur permissio, vel dicetur ad permissionem per-

Concursus Dei ad actum peccati est ex positiva Dei voluntate.

tinere? Atque hinc ulterius existimo, concursus ad actum peccati non esse effectum reprobationis negativae; sed pertinere ad providentiam naturalem, tamquam ejus effectum; adeoque permissionem peccati, adeoque quare spectatam esse reprobationis negativae effectum; nempe illum ipsum, qui est subtractio gratiae efficacis ad vitandum peccatum. Hucusque Smif.

Si objicias: ille concursus ad actum peccati potest à Deo esse volitus ob bonum finem, illum scilicet, qui est finis permissionis peccati, qui finis est supernaturalis, nempe bonum salutis electorum; ergo potest reduci ad providentiam supernaturalem. Respondet i. idem Auctor sup. num. 742. Primo; etiam si hoc admitteretur, non tamen inde fieri, quod ille concursus sit effectus negativae reprobationis; sed solum, quod sit effectus praedestinationis.

Deinde addo; concursus Dei ad actum peccati non esse à Deo proximè intentum ob finem supernaturalem, sed ad conservandum ordinem causarum. Cur autem non sit proximè intentus ob finem supernaturalem, est; quia, si ob illum finem esset sic intentus, Deus veller peccatum, utpote sine quo non potest aliquis finis supernaturalis proximè consequi ex concursu ad actum peccati; & volens efficaciter finem per aliquod medium, debet velle efficaciter id, sine quo tale medium non potest esse efficax ad illum finem; at Deus non potest velle peccatum; ergo nec potest finem aliquem supernaturalem intendere proximè ut consequendum per illum concursus; sed solum, supposito illo, & futuritione peccati, potest ea uti ad finem supernaturalem: concursus autem proximè procedit ex intentione finis naturalis. Quem finem cum Deus non adaequat ex peccato, sed ex eo praeter, quod concurrat ad naturalem actum causae secundae, ad quod per accedens est, quod hic actus annexam habeat rationem peccati; nam si non esset haec ratio annexa (ut in homine furioso v. g.) aequè veller Deus eundem concursus praebere; hinc potest talem concursus velle ob finem illum naturalem, abique eo quod velit peccatum.

Dixi; proximè non esse intentum à Deo ob finem supernaturalem; nam remotè est intentum ob finem aliquem supernaturalem, quatenus tota providentia naturalis per supernaturalem ordinatur ad finem supernaturalem. Ita Theodorus. Consequenter ad sua principia, de quibus vide dicta Sect. 4. Conclus. 4. ubi probavimus, permissionem peccati posse esse effectum praedestinationis. Quae cum ita sint, liquidd constat, reprobationem negativam esse causam permissionis peccati finalis, causam, inquam, moralem; idque adaequatam; tamen non sit causa adaequata certò cognoscendi ipsum peccatum futurum, ut jam dictum est; quia ad hanc cognitionem concurrunt etiam

etiam cooperatio ad materiale peccati.
Et verò à reprobatione negativa est causa per-
missionis, quid evidentiùs, quàm permissionem
esse eius eff. cum? Ac per consequens subtra-
ctionem gratiæ finalis, seu eius carentiam, quæ
non distinguitur à permissione? Ad iram Dei
(inquit D. Aug. Enchir. cap. 27.) pertinet ju-
stam, quidquid cecit & indomitâ concupiscentiâ
faciunt libenter mali, & quidquid manifestis operi-
busque pœnis patiuntur inviti. Et Epist. 105. Cujus
vult miseretur (dando gratiam congruam) non
justitia, sed misericordia gratiâ, & quem vult ob-
durat (subtrahendo congruam) non iniquitate,
sed veritate vindictâ.

Rogatur: eequæ veritas vindictæ? Quærimus
(inquit ibidem) meritum obdurationis (id est,
subtractionis gratiæ finalis) & invenimus. Meri-
to namque peccati (originalis) universa massa dam-
nata est. Hinc lib. 1. ad Simplic. q. 2. ait: Ob
hoc dicitur obdurare peccantes quosdam, quia non
eorum miseretur (dando gratiam efficacem) non
quia impellit, ut peccent; eorum autem non mi-
seretur, quibus misericordiam non esse. præbendam
aquitate occultissimâ, & ab humanis sensibus remo-
tissimâ judicat. Item lib. 2. de Peccat. merit.
cap. 17. Vt innotescat, quod latebat, & suave fiat,
quod non delectabat, gratia Dei est, qua hominum
adjuvat voluntates: quâ ut non adjuventur, in ipsis
videtur causa est, non in Deo, siue dammandi præde-
stinati sunt propter iniquitatem superbia, siue contra
ipsam suam superbiam judicandi & erudiendi, si
fuit iniquitas. Et quis ignorat, illam su-
perbiam esse peccatum originale?

Ergo, secundum D. Aug., quod aliquorum
hominum voluntates non adjuventur gratiâ
Dei, id est, careant gratiâ efficaci ad vitandum
peccatum finale, quidni sit effectus derelictionis
in massa perditionis? A qua utique non
sunt aliter judicio (prout loquitur lib. de Do-
no persever. cap. 14.) gratia prædestinatione
discreti. Et quod aliorum voluntates adju-
ventur, effectus est discretionis à massa perdi-
tionis; discretionis, inquam, per gratiæ præ-
destinationem. Quod eleganter expressit lib.
de Gestis Pelagii cap. 3. dicens: Absit, ut ii, qui
secundum propositum vocati sunt, quos præcivii &
prædestinavit conformes imaginis Filii sui, suo, ut
perirent, desiderio dimittantur. Hoc enim patiuntur
resistere, qua perfecta sunt ad perditionem. Con-
similia loca permulta possent afferri; sed
quia obvia sunt, ea omitto, confidens, quod
jam adducta omnibus sufficient, ut nobiscum
dicant, subtractionem gratiæ finalis esse effe-
ctum reprobationis tum negativæ, tum positivæ
incomplete, etiam ex mente D. Augustini,
à qua nolumus recedere.

Atque hic fuisset finis præsentis Disputatio-
nis, nisi aliquis à nobis quævisset, utrum, quæ
hactenus de prædestinatione, & reprobatione
hominum tractata sunt, extendi quoque de-
beant ad prædestinationem, & reprobationem
Angelorum, maxime in sententia D. Augusti-
ni, quem Aliqui putant docere, prædestina-

Tomus II.

tionem Angelorum non fuisse gratiæ, sed me-
ritorum; id est, Angelos non fuisse prædesti-
natos antè prævisionem perseverantiæ, seu ab-
solutam prævisionem meritum, esse homi-
nes sic fuerint prædestinati. Hanc, inquam,
existimant esse clarissimam doctrinam excel-
lentissimi præconis, & acerrimi propugnatoris
gratiæ divinæ S. Augustini; ac propterea nul-
latenus ab ea fore recedendum. Sed nunquid
audiendi? Non arbitrator, & idèd Dico,

CONCLUSIO IX.

Angeli sunt electi efficaciter ad
gloriam ante absolutam præ-
visionem meritum.

Hæc est sententia nostri Theodori sup. n.
658. dicentis: Primum decretum efficax &
absolutum, quod Deus habuit circa salutem ele-
ctorum Angelorum, fuit electio eorum ad glo-
riam, & ex hac processit eorundem electio ad
gratiam, & merita seu decretum executivum,
eos per gratiam & merita, perducendi ad glo-
riam præfinitam. Sic ille. Quam doctrinam (ut
notat n. 657.) magis supponunt, quàm tractant
Scholastici DD. in 1. dist. 40. & 41. & apud D.
Tho. 1. p. q. 23. 2. 5. ubi de causâ prædestinatio-
nis Angelorum ferè nihil tractant, eò quod
eandem illius rationem esse sentiant, quæ est
causâ prædestinationis hominum, adeo ut, qui-
bus argumentis hæc probatur esse gratuita, et-
iam illam gratuitam esse maneat probatum.
Undè D. Tho. q. jam citatâ a. 1. ad 3. ait. Præde-
stinari convenit Angelis, sicut & hominibus, licet
numquam fuerint miseri. Et paucis interjectis:
Nihil refert ad rationem prædestinationis, utrum
aliquis prædestinetur in vitam æternam à statu mis-
eriæ, vel non. Quamvis dici possit, quod omnis collatio
boni supra debitum ejus, cui confertur, ad misericor-
diam pertineat.

Præterea, ead. p. 1. q. 62. a. 2. in corp. inquit:
Angeli indigent gratiâ ad hoc, quod converte-
rentur in Deum, prout est objectum beatitudinis, id
est, supernaturaliter & meritorie. Quod & de
homine integro asserit 1. 2. q. 109. a. 8. in corp.
ibi: Secundum statum naturæ integræ etiam sine
gratiâ habituali poterat homo non peccare nec mor-
taliter, nec venialiter: quia peccare nihil aliud est,
quàm recedere ab eo, quod est secundum naturam,
quod vitare homo poterat in statu naturæ integræ: non
tamen hoc poterat sine auxilio Dei in bono conservan-
tis, quo subtrahit, etiam ipsa natura in nihilum deci-
deret. Quamvis magis sine hoc auxilio recederet
ab eo, quod est secundum naturam, adeoque
peccaret? Est autem eadem ratio quoad indi-
gentiam auxilii gratiæ hominis integri, &
Angeli, juxta Augustinum, infra citandum.
Consent ergo (concludit Smiling sup.) D.
Thomas & cæteri Scholastici, etiam omnis
Angelici meriti principium esse gratiam, ad eò-

192.
Affirmat
Smiling.

Videtur esse
sententia
D. Thomæ.

193.
Angeli in-
digent gratiâ.

Omnis An-
gelici meri-
ti princi-

G g 2

ad eò-

pium est
gratia.
Similiter.

ad eundem Angelum per suum liberum arbitrium gratiam non meruisse. Atque ex his consequenter (inquit idem Auctor n. 678.) dicendum est, Angelos non esse predestinatos ad gloriam ex prævisis meritis, non solum solius liberi arbitrii, sed nec liberi arbitrii, & gratiæ, prout docemus de predestinatione hominum ad gloriam. Sic ille.

194.
Anid docet
S. Aug.

Et merito, si constet, de Angelis & hominibus quoad indigentiam gratiæ, quæ se primò convertant in Deum, vel perseverent, esse parem rationem. Quamvis autem hæc paritas (ut notat Smil. sup. n. 673.) non satis exprimitur in sacra Scriptura (nisi quis hoc modo accipiat illud Apocal. 21. v. 17. Mensura hominis, quæ est Angelis) Patres tamen, & Scholastici D.D., eam tradiderunt. Quod ibi & n. sequenti probat hic Auctor de Sancto Aug. quem tamen Adversarii nostri suum esse clamant, potissimum ex illis, quæ habet lib. de Corrupt. & grat. c. 10. usque ad cap. 13. Et quia hodie hæc controversia nimium ventilatur, non gravetur Lector, si in referendis verbis S. Aug. longior sim, quam forte optaret.

Affirmat
Smiling.
& probat.
Adversarii
negant.

195.
Loca quædam
S. Aug. ex
lib. de Cor-
rupt. pro his
Primus.

Igitur cap. 10. circa medium sic ait S. Doctor: Quapropter saluberrimè cōstremur, quod rectissime credimus, Deum Dominumque rerum omnium, qui creavit omnia bona valde, & mala ex bonis exortitura esse præcivit, & scivit magis ad suam omnipotentissimam bonitatem pertinere, etiam de malo bene facere, quam mala esse non finire, sic ordinasse Angelorum, & hominum vitam, ut in ea prius ostenderet, quid posset eorum liberum arbitrium; deinde quid posset sua gratia beneficium, iustitiæque iudicium. Ac post pauca: Ceteri autem (scilicet boni Angeli) per ipsum liberum arbitrium in veritate scierunt, etiamque de suo casu nunquam futuro certissimam scire meruerunt. Et infra de primo homine ait: Sic & hominem fecit cum libero arbitrio, & quamvis sui futuri casus ignarum, tamen idè beatum, quia & non mori, & non miserum fieri in sua potestate esse sentiebat. In quo statu recto, ac sine vitio si per ipsum liberum arbitrium manere voluisset, profectò sine ullo merito huiusmodi permansionis beatitudinis plenitudinem, quæ & sancti Angeli sunt beati, id est, ut cadere non posset ulterius, & hoc certissime sciret.

Secundus.

196.
Tertius.

Deinde c. 11. de primo homine (idem est de Angelo) scribit in hæc verba: Nec ipsum ergo Deus esse voluit sine sua gratia, quam reliquit in ejus libero arbitrio; quoniam liberum arbitrium ad malum sufficit; ad bonum autem nihil est, nisi adjuvetur ab omnipotentis bono (id est, Deo) quod adiutorium si homo per liberum non deseruisset arbitrium, semper esset bonus, sed deseruit, & desertus est. Tale quippe erat adiutorium, quod desereret cum vellet, & in quo permaneret si vellet, non quo fieret ut vellet. Ac nonnullis interjectis concludit: Tunc ergo dederat homini Deus bonam voluntatem; in illa quippe eum fecerat, qui fecerat rectum. Dederat & adiutorium sine quo in ea non posset permanere, si vellet, ut autè vellet, in ejus libero reliquit arbitrio. Posset ergo permanere, si vellet, quia non deerat adiutorium, per quod posset, & sine quo non posset perseveranter bonum tenere,

Quartus.

quod vellet. Sed quia noluit permanere, profectò ejus culpa est, cujus meritum fuisset, si permanere voluisset; sicut fecerunt Angeli sancti, qui cadentibus aliis per liberum arbitrium, per liberum arbitrium steterunt ipsi, & huius mansionis debitam mercedem recipere meruerunt, tantam scilicet beatitudinis plenitudinem, quæ eis certissimum sit, semper se in illa esse mansuros.

Denique: in fine ejusdem cap. ita scriptum est: Et accepit (primus homo) posse, si vellet, sed non habuit velle quod posset, nam si habuisset perseverasset. Posset enim perseverare etiam, si vellet: quod ut noller de libero descendit arbitrio, quod tunc ita liberum erat, ut bene velle posset, & male. Quia autem liberius libero arbitrio, quando non potuit vivere peccato, quæ futura erat & homini, fuit facta est & Angelis sanctis merces meriti: Nunc autem, per peccatum perdit bono merito, in his, qui libenter, factum est donum gratiæ, quæ merces meriti futura erat. Similia habet cap. 12. ubi comparat adiutorium sine quo non alimentis, dicens: Nam si ne alimentis non possumus vivere, nec tamen, cum fuerint alimenta, eis sit, ut vivat, qui non vivat. Ergo adiutorium alimentorum est, sine quo non posset vivere.

Ex his inferunt Adversarii. Primò: utum perinde, atque non usum istius adiutorii non ab ipso adiutorio, sed à voluntate petendum esse, non enim adiutorium illud impellet voluntatem, sed solum se habebat tanquam aliquid, sine quo voluntas non poterat se determinare: sicut v.g. habitus non dat voluntati velle, vel non velle; sed tantummodo est aliquid, sine quo actus volendi non fit. Similiter, lux non dat potentiam videndi, vel non videndi; sed tantum est aliquid, sine quo actus videndi non fit. Hinc sequitur secundò: quod discrimen perseverantium Angelorum, & non perseverantium non debeat adscribi adiutorio, sed nutui voluntatis; quamvis actio non fieret sine adiutorio influente: nam voluntas est illa causa, quæ movet totam machinam ad motum impellit, aut ostensam esse finit.

Inferunt tertio, actiones Angelorum, id est, merita, aut perseverantiam meritum non esse specialia Dei dona; quippe non specialia donatione seu gratiâ, sed dumtaxat in radice donum, scilicet in illo adiutorio sine quo non: nam ipsi velle, & perseverare dabat voluntas, non illud adiutorium; atque adeo velle, & agere bonum non erat donum speciale Dei, sed tantum generale: nunc autem & generale est, & speciale, quia Deus etiam per ipsum adiutorium gratiæ ipsam velle donando donat & meritum, & ipsam perseverare operando donat & perseverantiam. Sequitur quarto: rectè dici, Angelos stesisse per quos vires liberi arbitrii, quamvis non sine gratiâ, ac consequenter merita eorum esse merita liberi arbitrii, ac sua, non tamè sine influxu superabundantis gratiæ; contrario autè jam sunt merita gratiæ, quia gratiâ donata humane voluntati.

Inferunt quinto: neque vitam æternam esse Angelis gratiam specialem; sed mercedem meriti; nunc autem è converso gratia Dei est,

non solum meritum, sed & vita aeterna; quia gratia est nobis omne meritum, cui vita aeterna datur; quippe, si meritum est specialis gratia donum, etiam praemium: quod si meritum solum est generale donum, & in radice tantum datur potestatis, praemium quoque non erit, nisi donum generale. Ex his omnibus (inquiunt Adversarii) patet, praedestinationem Angelorum non fuisse praedestinationem gratiae, si- cut est praedestinatio hominis post lapsum, sed praedestinationem meritum; ac proinde non esse eandem rationem horum, & illius praedesti- nationis; neque praedestinationem Angelorum fuisse factam ante praevia merita, sicut probabi- lius est facta praedestinatio hominis post lapsum.

Quare nullibi S. Aug. tradit, merita, aut perseverantiam Angelorum fuisse praedestina- tam, seu ipsos praedestinos, ut in bona vo- luntate perseverarent, sed solum praesitos vel praevios; prout etiam loquitur de Angelis ma- lis. Describo ejus verba ex lib. 3. de Libero ar- bitrio. cap. 5. si bonitatem Conditor praebuit ad eam (creaturam) condendam, cujus praevit futura pec- cata; nullo modo non praebuit eam bonitatem, ut creaturam conderet, quam peccaturam non esse (id est, perseverantiam esse) praeservit. Et cap. 11. Nec ideo in bona voluntate permanet (Angelus beatus) quia hoc accepit officium (puta continen- di omnia) sed ideo accepit, quoniam ab illo, qui dedit permanentiam praeviam est. Rursum c. 12. Quam- quam non peccavit (creatura Angelica beata) sic- ut eam non peccaturam praeservit Deus. Denique cap. 17. Scire vellem, si fieri posset, quare illa natura non peccat, quam non peccaturam praeservit Deus.

Consimiliter loquitur de primo homine Enchir. c. 104. Quapropter etiam primum homi- nem Deus in ea salute, in qua conditus fuerat, cu- stodire voluisset &c. si ad permanendum sine pecca- to, fuit factus fuerat, perpetuam voluntatem habi- turum esse praeservit: quia vero eum male usurum libero arbitrio, hoc est peccaturum esse praeservit, ad hoc potius preparavit voluntatem suam, ut bene ipse fuerit etiam de male faciente. Haec est summa doctrinae Adversariorum, & impugnatio no- strae, desumpta non tam ex Scriptura, aut ra- tione, quam ex auctoritate D. Augustini. Ve- rum enim verum ad hoc ultimum facili est re- sponsum: nam neque homines post lapsum di- cuntur communiter praedestinati ad damna- tionem, vel ad peccata; sed praeserviti, ergo hoc rectissime dixit August. de primo homine, & Angelo malo. Cumque ordinari, quando agit de Angelo bono, simul loquatur de Angelis malis, ideo & Angelum bonum dixit esse praeservitum, non peccaturum, siue perseverantem: maxime, cum in superioribus ostenderimus ex Aug. praeservitiam praesupponere praedestina- tionem, immo in Scriptura aliquando accipi pro ipsa praedestinatione ad bonum, siue ad sa- lutem.

Attende etiam ad id, quod ait Aug. de Civit. Dei l. 14. c. 10. circa finem. *Argue ista permanente felicitate (primorum parentum) donec per illa bene- dictione, qua dictum est: Crescite & multiplicami-*

ni (Gen. 1. v. 28.) praedestinatorum Sanctorum nu- merus completeretur, alia major daretur, qua beatis- simis Angelis data est. Ex c. 26. 21. Non desuit utique consilium, quo certum numerum civium sua sa- pientia praedestinatorum etiam ex damnato genere humano sua civitatis impleat: non eos jam meritis (humanis) quandoquidem universa massa tanquam in vitata radice damnata est, sed gratia discernens, & liberatis, non solum de ipsis, verum etiam de non liberatis, quid eis largiatur ostendens. Ecce ubi Aug. praedicat praedestinationem Angelo- rum, vocans eos praedestinos; nam & ipsi in numero Sanctorum, & civium comprehen- duntur, ut clarum est. Respondent Adversarii, id esse intelligendum, vel ut praedestinatio res- piciat sanctitatem; & numerus Sanctorum praedestinatorum dicatur, quia omnes omnino bea- tificandi ad sanctitatem gratuito praedestinati sunt, quia gratuito vel in ipsa creatione, vel in restauratione sanctificati. Vel secundo: ut Sancti omnes praedestinati etiam ad gloriam dicantur partim electione gratiae, partim me- ritorum. Vel denique: ut praedestinatorum Sanctorum numerus idem sit, quod praede- stinatus Sanctorum numerus, ut non sancti omnes generaliter praedestinati praedestinatio- ne gratiae dicantur, sed numerus tantum. Sic illi.

Quaero ego: & quid est numerus San- ctorum, nisi generaliter omnes Sancti? Si ergo numerus praedestinatorum est praedestinatione gratiae, quidni & generaliter omnes Sancti: Et ubi, quaeso, distinguit D. Aug. inter praede- stinationem Angelorum ad gratiam, & praede- stinationem Angelorum ad gloriam; & unam vo- cat gratuitam, alteram autem debitam? Si ergo Angeli gratuito sunt praedestinati ad gratiam, cur non etiam ad gloriam?

Nonne praedestinatio ad gloriam tamquam finem praecedat praedestinationem ad gratiam, tamquam medium? Cur potius in hominibus, quam in Angelis? Nunquid & homines lapsi merentur gloriam? Et tamen eorum electio ad gloriam dicitur gratuita, quia gratuito ele- cti sunt ad gratiam. Si ergo Angeli Sancti gra- tuito praedestinati sunt ad sanctificationem, ut Adversarii volunt, quia gratuito in ipsa creatio- ne sanctificati, quidni quoque gratuito praede- stinati ad gloriam? Loquor de praedestinatio- ne in intentione. Et loquitur Aug. primo loco citato de illo numero praedestinatorum, qui fuisset, si Adam non peccasset, ut patet ex ver- bis allegatis: nullus autem ex illo numero se- cundum Adversarios fuisset praedestinatorum praedestinatione gratiae, sed meritum tantum. Haec dispice, & videbis, probationem Adversa- riorum ex nomine praeservitiae, vel praede- stinationis parum aut nihil roboris habere.

Prima probatio, desumpta ex verbis D. Aug. quibus dicit, Deum reliquisse gratiam in libe- ro arbitrio primi hominis, & Angelorum; An- gelos stetit per vires liberi arbitrii &c. mayo- rem videtur habere difficultatem, quamvis ve- ra non habeat, bene intellectis terminis, ut

bis vocat Angelos praedestinos.

Respon- siones Adver- satorum. Prima.

Secunda.

Tertia.

204. Rejiciun- tur.

Praedestina- tio ad glo- riam praece- dit prae- destinationem ad gratiam.

205.

Aug. pluri- patebit ex dicendis. Respondent ergo quidam,
bus locis as- etiam Augustinum pluribus locis asserere, gra-
ferit, gratia tiam esse relictam in arbitrio hominis lapsi. U-
relictam num aut alterum tantum locum assignabimus,
fore in ar- aliis pratermissis gratia brevitate. Dicit ergo
bitrio homi- D. Aug. lib. 2. contra Lit. Petilianum c. 84. Si
nis lapsi. tibi (alloquitur Petilianum) proponam quæstio-

Primus lo- nem, quomodo Deus Pater attrahat ad Filium homi-
cus. nes, quos in libero dimisit arbitrio, fortasse eam dis-
ficile soluturus es. Quomodo enim attrahit, & di-
mittit, ut quis, quod voluerit, eligat? Et tamen utrum-
que verum est; sed intellectu hoc penetrare pauci va-
lent. Si ergo fieri potest, ut quos in libero dimisit ar-
bitrio attrahat tamen ad Filium Pater; sic fieri po-
test, ut ea, quæ legum coercionibus admonentur,
non auferant liberum arbitrium. Si in statu naturæ
lapse staret libertas arbitrii cum gratia efficaci,
etiam in statu naturæ integræ stare potuit. Et
quidni de facto steterit in Angelis sanctis? Sed
de hoc plura infra.

206. Alius locus sumitur ex lib. 50. Homil. Homil.
Secundus. 12. ubi S. Doctor interrogat peccatorem dicens:
Cum per Dei adiutorium in potestate tua sit, utrum
consentis diabolo, quare non magis Deo, quam ipsi
obtemperare deliberas? Si enim solus diabolus daret
consilium, & Deus taceret, haberes quo excusari
posses; cum verò Christus tibi, & conscientia tua con-
tradicat, & per Scripturas divinas audias in Eccle-
sia, quod non debeas facere malum, quare eligis
mortem, & deseris vitam, & magis vis sequi diabo-
lum ad luxuriam, quam obtemperare Christo, qui te
invitat ad vitam æternam? Rogo ergo vos, fratres
charissimi, quare sathanas seducit ad peccandum, cum
Deus posuerit homini in potestate non consentire sa-
thana? Est enim à dextris quodammodo præcipiens
Deus, à sinistris seducens sathanas, homo in medio
constitutus; cor, quod inclinatur ad diabolum, quare
non potius erigitur ad Deum? Non enim diabolus
cogendo, sed suadendo nocet, nec extorquet à nobis
consensum, sed petit. Nos diabolum non adjuvamus,
& vincimus. Dat quidem ille consilium, sed Deo
auxiliante nostrum est vel eligere, vel repudiare,
quod suggerit.

207. Agit ibi Augustinus de hominibus lapsis, qui
Expenditur. excusabāt se à peccato, dicentes: Non ego feci, sed
diabolus. Et eodem modo loquitur de Adamo,
& Eva, qui volebant se excusare à peccato; Eva
quidem dicendo: Serpens decepit me: Adam verò:
Mulier, quam dedisti mihi, &c. Attendite (inquit
Aug.) & aliud, quando dicit homo, quod seductus
est à sathana, quando dicit se seductum, confitetur ex
parte; sed tamen negat se fecisse, & dicit: Ego nihil
feci, diabolus fecit. Conatus est dicere illud Adam:
ipse se enim excusare voluit de muliere; mulier se
excusare voluit de serpente. Dominus autem Deus,
qui liberum arbitrium dedit homini, & eum præcepto
suo adversus serpentis venena firmaverat, non audit
illas excusationes. Igitur non bene respondent

Responsio Adversarii-
rum non valet.
Adversarii, Augustinum ibi solum velle asserere
libertatem à coactione; nam, secundum ip-
sos, & rei veritatem, Adam & Eva habuerunt
libertatem à necessitate; ergo & homo lapsus
habet: alioquin, tamen illi malè fecissent se
excusando; haud inde efficaciter sequeretur,

quod homo lapsus jam malè facerēt; & tamen
æqualiter loquitur Aug. de utroque: Signum
ergo est, quod iudicaverit, etiam homini lapsi
competere gratiam sufficientem ad resistendum
diabolo, ac proinde libertatem à necessitate, &
per consequens, gratiam esse relictam in arbi-
trio hominis lapsi. Verum quidem est, Aug. & de
contra Pelagianos negavit voluntatem gratia
cogi, & asseruit eam liberam à coactione, co-
ciliando sic gratiam efficacem & victricem cum
libertate à coactione; sic enim interrogabat
Jul. 1. x. operis nunc perfecti contra Jul. 9. 1.
Ad quem modum liberatur (voluntas in baptis-
mo) ut bonum semper velle cogatur, & malum velle
non possit? an utrumque possit appetere? Respondit
Aug. Quomodo... dicas eum, cuius voluntatem nos
dicimus à Domino preparari, ita fieri bonæ volunta-
tis, ut bonum velle cogatur (quod absit ut dicatur à
nobis) viderit præclara intelligentia tua: si enim co-
geretur, non vult. Et quid absurdius quam ut dicatur
nolens velle, quod bonum est? Sed nota, quod cogi
apud Julianum idem sit, quod utrumque non
posse: unde non sumptis coactionem proprie,
ut per eam voluntas ad unam live boni, live
mali partem ita affigatur, quod ad contrariam
partem transire non possit. Ipse Julianus co-
actionem & necessitatem confundit, dum dicit,
Esse possibilitatem illam expertem cogentis neces-
sitis, utpote quæ in suo precepto iure habet, utrum sug-
gerentia partem sequatur. Eodem sensu S. Augusti-
nus, usurpat sæpè nomen coactionis contra Mani-
cheos, & tamen hi non dicebant, animam bonam
à malo principio proprie cogi, sed effica-
citer tantum allici. Dicebant Manichei, ait
Aug. 1. de duabus animabus cap. 12. Animam à
contraria natura cogi delinquere, &c. hoc est ita
allici, ut resistendi potestas nulla sit. Et Disput.
contra Fortunatum Manicheum, eundem sic
affatur: quomodo habemus peccata, si natura con-
traria cogit nos facere, quod facimus? Qui enim cogi-
tur necessitate aliqua facere, non peccat. Item con-
tra Gerund. Manich. c. 19. Si cogitur consentire,
ita ut non sit in ejus potestate aliter facere, non
voluntate consentit. Hinc patet libertatem ab im-
propria coactione coincidere cum libertate
propria à necessitate. Apud Augustinum quoque
que idem est voluntate consentire, seu volun-
tate peccare, & absque ulla necessitate peccare:
voluntate bene agere, & absque ulla necessitate
bene agere, quod non soli Adamo, sed & no-
bis omnibus competit ex Aug. contra Gerund.

Pelagiani quidem conabantur coactionem
proprie dictam & conjunctam reluctantie vo-
luntatis Catholicis affingere; hinc dicebant:
ut refert S. Aug. 1. 2. ad Bonif. c. 5. Catholici
nomine gratia ita satum asserunt, ut dicant: quia
nisi Deus invito & reluctanti homini inspiraret
boni & ipsius imperfecti cupiditatem, nec à malo de-
clinare, nec bonum posset arripere. Item dicebant:
confitemur quoque adjuvare uniuscujusque bonum
propositum, non tamen reluctanti studium virtutis
immittere. Et addebant: quia personatum acceptio
non est apud Deum. Quid ad hæc S. Augustinus?
De coactione propria nihil, sed de necessitate
gratie

gratiae disputare pergit, inquit; Ex his eorum
veris intellexi, ob hoc illos vel putare, vel putari vel-
le, fatum nos asserere sub nomine gratiae, quia gra-
tiam Dei non secundum merita nostra dicimus dari,
sed secundum ipsius misericordissimam voluntatem.
Pergit c. 8. illud est, quod debemus advertere, utrum
invito & reluctanti homini Deus inspiret boni capi-
ditatem, ut jam non sit reluctans, non sit invitus,
sed consentiens bono, & volens bonum. Isti enim (Pe-
lagiani) volunt in homine ab ipso homine incipere
capitatem boni, ut hujus capiti meritum etiam per-
ficiendi gratia consequatur; si tamen hoc saltem vol-
unt, & c. 10. Dicunt se confiteri, gratiam quo-
que adjuvare uniuscujusque bonum propo-
situm, non tamen reluctanti. Studium virtutis
immittere. Hoc quippe ita dicunt, velut homo à se-
ipso sine adjutorio Dei habeat propositum bonum
studiumque virtutis, quo merito praecedente dignus
sit adjuvari Dei gratia subsequente. En Pelagianor-
um scopus: qui & c. 8. Obijciendum putant,
quod invito & reluctanti homini Deum dicamus in-
spirare non quantumque boni, sed & ipsius im-
perfecti cupiditatem. Hæc refellit August. in-
quiens: sorsitas ergo ipsi eo modo saltem servant
locum gratiae, ut sine illa putent hominem posse ha-
bere boni, sed imperfecti cupiditatem: perfecti au-
tem non facilius per illam posse, sed nisi per illam
omnino non posse: verum & sic gratiam Dei dicunt
secundum merita nostra dari, quod in Oriente Pela-
gii, Ecclesiasticis gestis damari timendo, damna-
vit. Si enim sine Dei gratia per nos incipit cupidi-
tas boni, ipsum capiti meritum, cui tanquam
ex debito gratia veniat adjutorium &c. Necessita-
te gratiae stabilita, per transennam verbis Pe-
lagianorum. Non tamen reluctanti studium virtu-
tis imminuit ita subiungit: Posset bene intelligi, si
non ab istis, quorum sensus notus est, diceretur. Re-
luctanti enim prius aditus divina vocationis ipsa
Dei gratia procuratur, ac deinde in illo jam non re-
luctanti spiritus virtutis accenditur. Et c. 9. ita
concludit: Oramus ergo non solum pro nolentibus,
verum etiam pro repugnantibus & oppugnantibus.
Quid ergo posimus, nisi ut fiant ex nolentibus vo-
lentes, ex repugnantibus consentientes, ex oppug-
nantibus amantes? à quo nisi ab illo, de quo scrip-
tum est: prapatur voluntas à Domino. De coac-
tione propria falsò Catholicis imposta non
fuit S. August. sollicitus, sed de stabilienda
gratia.

Gratiam sanitatis, seu naturæ integræ, per-
inde ac gratiam medicalem, seu naturæ lapsæ
operari ex mente D. Aug. ipsum velle, colligit
ex cap. 9. lib. 12. de Civit. ubi investigans
causam bonæ voluntatis Angelorum sancto-
rum, sic ait: Si non potuerunt seipsos facere melio-
res, quam eos ille fecerat, quo nemo melius quid-
quam facit: profectò & bonam voluntatem, quæ me-
liores essent, nisi operante adjutorio Creatoris habere
non possent. Et cum id egerit eorum voluntas bona,
ut non ad seipsos, qui minus erant, sed ad illum, qui
summè est, converterentur, eique adhaerentes magis
essent, ejusque participatione sapienter beatèque
viverent: quid aliud ostenditur, nisi voluntatem
quamlibet bonam inopem fuisse in solo desiderio re-

mansuram, nisi ille, qui bonam naturam ex nihilo
sui capacem fecerat, ex se ipso faceret implendo me-
liorem, prius faciens excitando avidiorem?

Quæ licet forsitan de charitate habituali, aut
de prima volitione, quam in creationis suæ
initio Angeli susceperunt, dicta alicui videri
possent; equidem de qualibet Angeli voli-
tione bona, & maximè de illa, quæ steterunt,
dicti possunt, & verò debent, aliis meliores à
seipsis, quam illo facti sunt. Neque obstat,
quòd Adversarii admittant adjutorium sine
quo non, & influxum gratiæ supernaturalis:
nam cum eo stat juxta ipsos, quòd eorum
perseverantia, & meritum non sit speciale do-
num Dei, siue quòd non habeant illa à Deo,
sed à seipsis: ergo in illorum sententia verissi-
mum est, quòd à seipsis sint facti meliores,
quàmvis cum gratia Dei; ejus tamen con-
trarium videtur ibi asserere D. August. nam
ait, Deum ex seipso fecisse voluntatem bonam,
fecisse, inquam, meliorem implendo, quàm
prius fecerat excitando avidiorem. An fortè &
Deus ex seipso, & Angeli ex seipsis fecerunt
voluntatem bonam meliorem?

Et quod potissimum hic urget sunt sequen-
tia verba, quæ paulò inferius subiungit S. Do-
ctor. Undè sine bona voluntate, hoc est, Dei amore
nunquam sanctos Angelos fuisse credendum est. Isti
autem, qui cum boni creati essent, tamen mali sunt
propriâ voluntate, quam bona natura non fecit, nisi
cum à bono sponte defecit, ut mali causa non sit
bonum, sed defectus à bono: aut minorem acceperunt
amoris divini gratiam, quàm illi, qui in eadem per-
stiterunt; aut, si utrique boni aequaliter creati sunt,
istis malâ voluntate cadentibus, illi amplius adjuti,
ad eam beatitudinis plenitudinem, unde se nun-
quam casuros certissimi fierent, pervenerunt. Ergo,
secundum D. August. boni Angeli præ aliis
acceperunt à Deo gratiam efficacem perseve-
randi, & non steterunt per liberum arbitrium
cum priori, & æquali gratiâ malorum Ange-
lorum. Respondent Adversarii per alium lo-
cum similem ex lib. 11. de Civit. c. 13. quem
Aug. d. cap. 9. citat, verbis ultimò citatis sub-
jungens: Sicut jam etiam in libro, quem sequitur
iste (scilicet undecimo) tractavimus. Ibi autem
sic loquitur: Restat, ut aut impares fuerint (scili-
cet Angeli boni, & mali in creatione sua) aut
si pares fuerint, post illorum ruinam, illis certa
scientia sua certa (aliàs, sempiterna) felicitatis
acceserit. Et illa (inquiunt) scientia est illud
amplius adjutorium, de quo loquitur August.
d. cap. 9. quod acceperunt Angeli boni post
ruinam aliorum, ut d. cap. 13. dicit; nempe,
postquam per liberum arbitrium steterunt, in
bonâ voluntate, quam ab initio à Deo acce-
perant.

Confirmatur ex hoc, quod habet August.
lib. de Corrept. & grat. cap. 10. Ceteri autem
per ipsum liberum arbitrium steterunt in veritate, cur ex ead.
eamque de suo casu nunquam futuro certissimam
scire mernerunt. Et paulò post: Diabolus verò, &
Angeli ejus, etsi beati erant antequam caderent, &
se in miseriam casuros esse nesciebant, erat tamen
adhuc

210.

Occurritur
objectioni.

Evasio Ad-
versarii
præcluditur.

211.

Boni Ange-
li præ aliis
acceperunt
gratiam ef-
ficacem.
S. Aug.

Responsio
Adversa-
rii, ex
D. Aug.

212.

Confirma-
tur.

adhuc, quod eorum adderetur beatitudini, si per liberum arbitrium in veritate steterint, donec istam summam beatitudinis plenitudinem, tanquam primum ipsius permanentis acciperent, id est, ut, magna per spiritum sanctum data abundantia charitatis Dei, cadere ulterius omnino non possent, & hoc de se certissime nosset.

213. Sed contra: Si hoc adiutorium (inquit Erius
Contra ar-
guit Erius. 1. dist. 41. §. 13.) quo beati Angeli dicuntur
amplius adjuvi, esset ipsa beatitudo, sensus redderetur inceptus, scilicet Angelis collata esse beatitudinem, quā ad beatitudinem pervenirent. Addit idem Auctor. Disputat toto hoc cap Aug. de causa efficiente bonæ, melioris, & perseverantis voluntatis in rationali creatura, maxime in Angelis, quam causam concludit esse Deum. Neque opponit casum dæmonum Angelorum beatitudini; sed perseverantiæ, quā beatitudinem promeruerunt: malorum quidem casum eorum voluntati, bonorum verò perseverantiam tribuens Deo. Quamobrem subdit: *Consuetudinem est igitur cum debita laude Creatoris, non ad solos sanctos homines pertinere, verum etiam de sanctis Angelis posse dici, quod charitas Dei diffusa sit in eis per spiritum sanctum, qui datus est eis.*

214. Porro secundum D. Aug. diversis locis, cha-
ritas Dei diffusa est ipsa bona operatio volun-
tatis, causata per gratiam Dei efficacem. Suffi-
ciat, quod ait lib. de Patientia c. 25. *Voluntas bona, quā diligitur Deus, in homine non potest esse, nisi in quo Deus operatur & velle. Et intra: Charitas Dei est, quæ omnia tolerat, quæ non diffunditur in cordibus nisi per spiritum sanctum, qui datus est nobis.*

Angeli boni
amplius fu-
erunt adju-
vi per gratiā
efficacem. Non igitur negamus, Angelos bonos post rui-
nam malorum accepisse plenitudinem beatitu-
dinis, & certitudinem scientiæ; sed dicimus il-
lam non accepisse, nisi amplius adjuvatos per gra-
tiam Dei efficacem. Accedit: quod ly Post intelli-
gi possit negativè, id est, non antè; nam eodem
instanti, quo Angelus malus cecidit, bonus, ac-
cepta gratiā efficaci, stetit per liberum arbitri-
um, accepit plenitudinem beatitudinis, tan-
quam primum suæ permanentiis.

215. Adde alium locum D. Aug. ex quo videtur
colligi, Deum in Angelis operatum fuisse ipsum
bonum velle. Est autem lib. 8. de Gen. ad litt.
c. 10. ubi loquens de primo homine (de quo,
secundum Adversarios, est eadem ratio, quæ de
Angelo) sic ait: *Quapropter quā locutione dicitur
homo operari terram, quæ jam terra erat, ut ornata
atque fecunda sit, eadem locutione dicitur Deus ope-
rari hominem, qui jam homo erat, ut pius sapiensque
sit. Id autem cap. 11. ita exponit: Sumpsit Domi-
nus Deus hominem, quem fecit, & posuit eum in pa-
radiso, operari eum, ut iustus esset. Probat cap. 12.
dicens: Ille itaque operetur hominem bonum atque
custodiat, qui incommutabiliter bonus est: (id est,
Deus) semper ab illo fieri, semperque perfici debemus
inherentes ei, & in ea conversione, quæ ad illum est,
permanentes, de quo dicitur (Psal. 72. v. 28.) Mihi
autem adherere Deo bonum est. Et cui dicitur
(Psal. 58. v. 10.) Fortitudinem meam ad te cu-
stodiam.*

216. Ipsius enim sumus signum, non tantum ad hoc,

ut homines simus, sed ad hoc etiam, ut boni simus. Nam
& Apostolus, cum fidelibus ab impietate conver-
sionem, quā salvi facti sumus, commendaret: Gra-
tiā enim (inquit ad Ephes. 2. v. 8.) salvi facti estis
per fidem, & hoc non ex vobis, sed Dei donum
est; non ex operibus, ne forte quis extollatur.
Ipsius enim sumus signum, creati in Chri-
sto Jesu in operibus bonis, quæ præparavit
Deus, ut in illis ambulemus. Et alibi cum dixit:
Cum timore & tremore vestram ipsorum
salutem operamini (Philipp. 2. v. 12.) ne sitis
tarent tribuendum, tanquam ipsi se facerent boni &
iustos, continuo subiicit: Deus enim est, qui ope-
ratur in vobis. Sumpsit ergo Dominus Deus homi-
nem, quem fecit, & posuit eum in paradiso, operari
eum, hoc est, operari in eo, & custodire eum. Apertum
nunc oculos & vide, Augustinum hic ea omnia,
quæ applicantur gratiæ medicinali, scilicet ope-
rari in nobis velle & perficere, similiter appli-
care gratiæ Adami, quæ fuit gratia sanitatis.

Et idem affirmat de gratia Angelorum Con-
cione 2. in Psal. 70. ad illa verba: Deus a quo in
altissima, quæ fecisti magnalia, dicens: In altis celi
sunt, in altis Angeli sunt; Sedes Dominationis, Pri-
cipatus Potestates tibi debent, quod sit, tibi debent,
quod vivunt, tibi debent, quod iuste vivunt, tibi
debent, quod beate vivunt. Potentiam tuam & iusti-
tiam tuam usquequo? Usque in altissima, quæ fecisti
magnalia. Ne putes hominem solum pertinere ad gra-
tiam Dei: quid erat Angelus, antequam fieret? Quis
est Angelus, si deferat, qui creavit? Simili modo
loquitur lib. 13. Confess. c. 3. ibi: Neque enim
ejus (creaturæ Spirituales) infirmitas placet tibi,
si non lux fieret, non existendo, sed intendo illumi-
nantem lucem, eique coherendo, ut & quod utamur
vivit, & quod beate vivit, non deberet nisi gratia tua,
conversa per commutationem meliorem ad id, quod
neque in melius, neque in deterius commutari potest.

Est & aliud testimonium D. Aug. confir-
mans hanc veritatem, adscribendo perseveran-
tiam Angelorum non ipsis, sed virtuti ac gratiæ
divinæ, Conc. 2. in Psal. 32. Celi (id est, An-
geli) ubi nulla est miseria, nunquid quia non indi-
gent misericordiā, non indigent Domino? Omnia indi-
gent Domino, & misera, & felicia. Sine illi miseri
non sublevantur, sine illo felix non regitur. Ergo
forte de celis quæreres, cum audires: Misericordiā
Domini plena est terra: audi, quia Domino & ce-
li indigent: Verbo Domini celi solidati sunt.
Nam non a se sibi solidamentum fuerunt, nec ipsi celi
firmitatem sibi propriam præstiterunt: Verbo Do-
mini celi firmati sunt, & spiritus oris eius om-
nis virtus eorum. Non habuerunt aliquid a se, &
tanquam supplementum à Domino perceptum. Spi-
ritu enim oris eius non pars, sed omnis virtus eorum.
Et post pauca: Verbo Domini celi solidati sunt: quod
est autem solidatus esse, nisi habere stabilem & fir-
mam virtutem?

Quod intra etiam Apostolis applicat, dicens:
Interim exceptis illis celis, habeo de quibus hic ar-
cumque disseram, nobis proximos celos, sanctos Dei
Apostolos &c. Et quomodo ausi sunt ipsi celi esse cum
ducti, & ex hominibus infirmis celi fieri, nisi quia
verbo Domini celi solidati sunt? Unde enim haberent

tantum virtutem oves inter lupos, nisi quia spiritus oris
ejus omnis virtus eorum: Per quæ verba S. Doctor
perseverantiam Apostolorum Deo adscribit; ergo
per eadem adscribit Deo perseverantiam Ange-
lorum. Atque pro eadē doctrina Aliqui citant D.
Anselmum Dial. de Casu Diab. ubi c. 2. lego se-
quentia verba: Constat, quia ille Angelus, qui stetit in
veritate, sicut idē perseveravit, quia perseverantiam
habuit; ita etiam idē perseverantiam habuit, quia
accepit, & idē accepit, quia Deus dedit. Consequens
est igitur, quia ille, qui in veritate non stetit, quem-
admodum idē non perseveravit, quia perseverantiam
non habuit, sic idē non habuit perseverantiam, quia
non accepit.

Sed enim, reponit quispiam: hæc sunt verba
discipuli, & non Magistri, iisque addit discipu-
lus, quod omisum est: Et idē non accepit, quia
Deus non dedit. Hoc autem reprobatur Magister
cap. 4. in fine, dicens: Quamvis igitur bonus An-
gelus idē accepit perseverantiam, quia Deus dedit;
non idē tamen non accepit malus Angelus, quia Deus
non dedit; sed Deus idē non dedit, quia ille non
accepit, & idē non accepit, quia noluit. Quæ ver-
ba solum videntur probare, Deum utrique ob-
tulisse gratiam sufficientem ad perseverandum,
& unum perseverasse, quia perseverantiam ac-
cepit, accepisse, quia voluit; alterum verò non
perseverasse, quia non accepit, non accepisse,
quia noluit; ita ut ultimare perseverantiam refe-
ratur potius in arbitrium Angeli, quam in gra-
tiam Dei efficacem.

Et quid verat, simili modo intelligere, quod
ait D. Bernardus lib. de Grat. & libero Arbitr.
paulo post medium: Superioribus spiritibus datum
est sine peccato & miseria perdurare; Adā autem abs-
que his quidem esse, sed non etiā permanere. Et qua-
rē putas, non est datum permanere? Utique quia
non accepit, & idē non accepit, quia accipere
noluit. Sed contra facit primò: quod omnes An-
geli tam boni, quam mali acceperint gratiam
sufficientem: ergo quando Ansel. dicit, malos
non accepisse perseverantiam, loquitur de alia
gratia, quam sufficienti; ac proinde de gratia
efficaci vel ipsa beatitudine, quam malus Ange-
lus non accepit, quia noluit permanere in amo-
re casto Dei. Secundò opponitur, quod non
alio modo loquantur PP. de nostra gratia effi-
caci, & præsertim Fulgentius acerrimus defen-
sor doctrinæ Augustinianæ; hic lib. 2. ad Tra-
ctandum Regem cap. 2. Cum verò (inquit) qua-
dam pars ejus (naturæ Angelicæ) de celestis bea-
titudinis culmine in imam perpetuamque cernitur
devaluta miseriam, Beato Petro dicente, quia Deus
Angelis peccantibus non pepercit, sed carceribus cali-
gnis inferni tradidit in judicio puniendos reservari:
profecto cognoscitur, uniformi cunctos opprimi po-
tuisse ruina consortio, nisi quos vellet, à casu pravita-
tis virtus illa defenderet, qua sola naturaliter mu-
tari depravare non posset.

Non dicit: Nisi quos vellet liberum arbitrium
defenderet; sed, virtus illa, qua sola, &c. Id est,
virtus sive gratia divina. Ergo Angelus bonus
majus beneficium accepit à Deo, quam malus
ex mente illius S. Patris. Unde addit cap. 3. Non
Tomas II.

alia (virtus) stantem Angelum (necdum indignum,
ac malè meritum) à ruina potuit custodire, nisi illa,
qua lapsus hominem (jam indignum ac malè me-
ritum) post ruinam potuit reparare. Vna est in utro-
que gratia operata, in hoc ut surgeret, in illo ne
caderet: in illo ne vulneraretur, in isto ut sanaretur:
ab hoc infirmitatem repulit, illum infirmari non sinuit.
Non potuit hic Doctor clariùs describere effi-
cacem gratiam beatorum Angelorum, ut con-
sideranti pater. Ne quid tamen deesset, eadem
paulò post repetit, ac de Verbo divino ita loqui-
tur: Potuit & Angelum in superioribus stabilire, &
pro reparatione lapsi hominis ad inferiora descendere.

Adde, quod habet idem Sanctus lib. de Fide
ad Petrum c. 8. Deus autem misericors & justus si-
cut diabolo & Angelis ejus propria voluntate cadenti-
bus, ceteros Angelos in sua dilectionis aternitate fir-
mavit (non autem liberum arbitrium firmavit, sed,
Deus) sic etiam humani generis massam non totam
in sempiternum perire permisit; sed quos voluit ejus
gratuita bonitas, repulsi tenebris, in quibus omnis
humana natiuitas peccati originalis condemnatione
versatur, reduciendo prædestinavit ad lucem. Ubi
comparationem instituit inter Angelos, & ho-
mines, asserens de hominibus, quod de Angelis
antea dixerat: ergo eadem est ratio, ex mente
S. Fulgentii, de prædestinatione hominis, &
Angeli. Id ipsum docet S. Bernardus Ser. 22.
in Cant. ibi: Qui erexit hominum lapsum, dedit
stanti Angelo, ne laberetur (non ait, ut posset non
labi, sed ne laberetur) sic illum de captivitate e-
ruens, sicut hunc à captivitate defendens (sed illum
eruit per gratiam efficacem, ergo & hunc per
eamdem defendit) Et hac ratione fuit aequè utrique
redemptio, solvens illum, & servans istum. Lique-
t ergo sanctis Angelis Dominum Christum fuisse re-
demptionem, sicut justitiam, sicut sapientiam, sicut
sanctificationem. Sic ergo omne quod erat Angelis,
factus est & nobis. Quid? Sapientia, justitia, san-
ctificatio, redemptio. Similia habet alibi, quæ
omitto, ne longior sim, quam desideret festi-
nus Lector; uti etiam testimonia aliorum
Patrum.

Jam dicta, si vera sunt (ut putamus) suffi-
ciunt meo judicio, ut dicamus, etiam ad sanctos
Angelos, pertinere illud Apostoli 1. Cor. 4. v.
7. Quis enim te discernit? Quid autem habes, quod
non accepisti? Hinc D. Ansel. Dial. de Casu dia-
boli c. 1. discipulo quærenti. Illud Apostoli: Quid
habes, quod non accepisti? Dicitur hominibus
tantum, an & Angelis? Respondet: Nulla crea-
tura habet aliquid à se; quod enim seipsum à se non
habet, quomodo habet à se aliquid? Et infra: Ille
igitur solus à se habet quicquid habet, & omnia alia
non nisi ab illo habent aliquid; & sicut à se non nisi
nihil habent: ita ab illo non nisi aliquid habent. Ex
quo colligit c. 2. Angelos idē perseverantiam
habuisse quia acceperunt, & idē accepisse, quia
Deus dedit.

Accedat auctoritas D. Augustini, qui lib. 11.
de Genes. ad Lit. c. 8. tam Angelo, quam ho-
mini viatori accommodat doctrinam Pauli ad
Rom. 9. & 11. & 1. Corinth. 1. docentis, ne-
minem posse gloriari, nisi in Domino, & ne-
minem

223.

Aliud testi-
monium e-
jusdem San-
cti Patris.

Idē videtur
docere S.
Bernardus.

224.

Etiā ad
sanctos An-
gelos perti-
net illud
Apost. Quis
enim te
discernit?
&c.
S. Ansel.

225.

Probatu-
r D. Ang. lib.
11. de Gen.
ad lit. c. 8.

H h

minem

minem debere altum sapere, sed timere, voluisseque Deum aliquos facere vasa iræ, aliquos vasa misericordiæ, ut in illis iram seu iustitiam, in istis misericordiam ostenderet; & inter alia tam de Angelo, quam de homine, ait Aug. Sic enim qui gloriatur, non nisi in Domino gloriatur, cum cognoscit, non suum, sed illius esse, non solum ut sit, verum etiam ut non nisi ab illo bene sibi sit, a quo habet, ut sit. Adde, quod habet lib. 11. de Civit. c. 19. Si (inquit) cum lux illa prima facta est, Angeli creati intelliguntur, & inter sanctos Angelos, & immundos fuisse discretum, ubi dictum est: Et divisit Deus inter lucem, & tenebras, & vocavit Deus lucem diem, & tenebras vocavit noctem. Solus quippe ille ista discernere potuit, qui potuit, etiam priusquam caderent, præsire casuros, & lumine privatos veritatis in tenebrosa superbia remansuros. Nam inter istam nobis notissimam diem & noctem . . . luminaria cali ut dividerent imperavit. . . . Inter illam verò lucem, qua sancta societas Angelorum est, illustratione veritatis intelligibiliter fulgens, & ei contrarias tenebras, id est, malorum Angelorum averforum à luce iustitiæ teterimas mentes ipse dividere potuit, cui etiam futurum non naturæ, sed voluntatis malum occultum, aut incertum esse non potuit. Et Enar. in Pl. 69. Semper magnificetur Dominus. Qui hoc dicunt? Qui diligunt salutare tuum. Ecce magnificetur Dominus. Nunquam tu, nusquam tu. In illo aliquid, in me nihil. Alibi quoque: Necessè est ut parum diligat eum, qui non ab illo, sed à se ipso bonum se arbitratur effectum. Unde autem fieri potest, ut talis non in se ipso, sed in Domino gloriatur? Qui enim gloriatur, quod sit bonus, in illo debet gloriari, à quo factus est bonus: ac per hoc qui se à semetipso factum bonum arbitratur, consequens est, ut in seipso, non in Domino gloriatur. Ratio communis est tam angelo, quam homini. Similia sunt ea verba, quibus hominum lapsorum discretionem Deo tribuit lib. 13. Confess. cap. 14. ibi: Unde in hac peregrinatione pignus accepimus, ut jam sinus lux, dum adhuc spe salvi facti sumus, & filii lucis, & filii dei, non filii noctis; neque tenebrarum. Inter quos, & nos in isto adhuc incerto humana notitia tu solus dividis, qui probas corda nostra, & vocas lucem diem, & tenebras noctem. Quis enim nos discernit, nisi tu? Quid autem habemus, quod non accepimus à te? Sicut ergo homo iustus non solum accipit à Deo gratiam sufficientem, sive adjutorium sine quo non, verum etiam gratiam efficacem, seu adjutorium quo; non solum accipit posse quod vult, sed etiam velle, quod potest, per quod Deus ipsum discernit ab homine injusto, simili profecto ratione Angelus sanctus à Deo per gratiam efficacem, & adjutorium quo, & non tantum à propria voluntate cum adjutorio sine quo non discretus fuit ab Angelo malo; ut proinde & ipse debeat in Domino gloriari simili ratione, quā homo lapsus.

227. Sed his non acquiescunt Adversarii, & obijciunt 1. illud D. Aug. lib. 14. de Civit. c. 26. Non desuit utique consilium, quo certum numerum civium in sua sapientia prædestinatus, etiam ex damnato genere humano suæ civitatis impleret, non eos jam me-

ritis discernens, quandoquidem universa massa tanquam in vitata radice damnata est; sed gratia discernens. Respondetur: per gratiam non posse intelligi actualem; quia parvuli baptizati, de cetero sunt uli rationis non sunt discreti gratia actuali. Unde non agit Aug. ibi de causa efficiente discretionis, quæ est in utroque statu adjutorium efficacæ, sed de causa formali & immediata, quæ in statu innocentie esset meritum naturale seu iustitia originalis, nunc verò est gratia remissionis, per Christi meritum peccatoribus concessa. Quod vel inde satis colligitur, quia causam, quæ homines modò non discernant meritis, sed gratia, assignat vitiata radice, sive amissionem iustitiæ originalis. Pro quo

Nota, iustitiam originalem (per quam intelliguntur omnes habituales dotes, quas primæ habet homo à Deo acceptas in posterio transmissas) vocari posse meritum naturale; non quod illa hominis natura exigat, sed quod esset ab origine insita. Atque ob eandem causam peccatum originale posse vocari peccatum naturæ, seu demeritum naturale, juxta illud Apostoli ad Eph. 2. 3. Eramus naturæ filii iræ; ergo in statu innocentie erant naturæ filii Dei, & iustitia originalis erat naturale meritum. Sicut ergo homines, qui de facto moriuntur in peccato originali, discernuntur ab aliis formaliter demerito seu peccato naturæ; ita Angeli sancti discreti fuerunt à damnatis formaliter per iustitiam originalem, sive naturalem, quæ vocatur meritum, quia causa efficiens actus meritorii. Et hoc est, quod intendit Aug. loco citato, videlicet, homines post lapsum non discerni naturalibus meritis, id est, iustitiâ originali, quia illam in Adamo perdidit. Atque ut Aug. loqueretur de gratia actuali seu adjutorio gratiæ efficacis, nihil contra nos; p. bona opera in statu innocentie magis propriè dicuntur nostra merita, ut patebit ex infra dicendis.

Pergo nunc ad aliam objectionem, quam petunt ex illis locis D. Aug. in quibus dicitur Deum habere humanorum cordium, quocumque voluerit, inclinandum omnipotentissimā potestatem. Sed nunquid eā caruit respectu Angelorum, & primorum parentū in statu innocentie? Audite D. Aug. lib. 11. de Gen. ad Lit. c. 9. in fine (alia 10. in principio) sed posset, inquit, etiam ipsum (malorum Angelorum, & hominum) voluntatem in bonum convertere, quoniam omnipotens est. Posset planè. Cur ergo non fecit? Quia noluit. Cur noluerit, penes ipsum est. Debemus enim non plus sapere, quam oportet sapere.

Nec dixeris: loquitur tantum de malis Angelis, & hominibus post peccatum commissum, nam eadē est ratio ante peccatum commissum, scilicet omnipotentia Dei, de qua sic ait lib. de Corrept. c. 14. Cui (Deo) volenti saluum facere nullum hominis (neque Angeli) resistit arbitrium. Sive autē velle, vel nolle in volentis, aut nolentis est potestate, ut divinam voluntatē non impediatur, nec superari possit. Ex infra: Non est itaque dubitandum, voluntati Dei, qui in celo, & in terra omnia quacumque voluit fecit, & qui etiam illa, quæ futura sunt, fecit, humanas (& Angelicas) voluntates non posse resistere, quò minus faciat

226. Denique lib. 13. Confess. c. 14.

227. Prima obiectio Advers. ex 14. de Civit. c. 26.

ipse, quod vult; quandoquidem etiam de ipsis hominibus (& Angelorum) voluntatibus, quod vult, cum vult, facit. Similiter loquitur Enebir. cap. 95. ibi: Deus enim noster in celo sursum, in celo, & in terra omnia quaecumque voluit fecit. Quod utique non est verum, si aliqua voluit, & non fecit (eo modo quo voluit) & quod est indignius, idem non fecit, quoniam ne fieret, quod volebat omnipotens, voluntas hominis impedivit. Et putas, quia minus indignum fuisset, si voluntas Angeli aut hominis in statu innocentiae impedivisset?

Attende, quod sequitur: Neque enim veraciter ad aliud vocatur omnipotens, nisi quia, quidquid vult, potest, nec voluntate cuiuspiam creaturae (humanae vel Angelicae) voluntatis omnipotentis impeditur effectus. Nam (ut ait eod. l. c. 102.) Quamlibet sint voluntates vel Angelorum, vel hominum, vel bonorum, vel malorum, vel illud, quod Deus, vel aliud volens quam Deus, omnipotentis voluntas Dei semper est invicta.

Et ne aliquis remaneat scrupulus, addo, quod habet idem S. Doctor lib. 14. de Civit. cap. 27. in fine: Quis audeat credere, aut dicere, ut neque Angelus, neque homo caderet in Dei potestate non fuisse? Sed hoc eorum potestati maluit non auferre, atque ita quantum mali eorum superbia, & quantum boni sua gratia valerent, ostendere.

Dicere possent Adversarii, se non negare, Deum hoc potuisse, sed hoc potuisse relinquendo libertatem, quam Augustinus asserit fuisse in Angelis, & primis parentibus. Dicere, inquam, id possent: sed nuncquid etiam probare? Hoc opus, hoc labor est. Multa saepe dicuntur de subiecto, quae non in sunt. Nuncquid hoc unum ex istis? Iudicet æquus Lector ex his, quae jam dicta sunt, & adhuc dicentur.

Ait S. August. lib. de Natur. & grat. cap. 18. Quid stultius, quam orare ut facias, quod in potestate habes? Et lib. de Peccat. merit. cap. 6. Quis optat, quod in potestate sic habet, ut ad faciendum nullo indigeat adiumento? Et verò primos homines censens tam fuisse liberos cum adiutorio sine quo non, ut stultum fuisset orare pro ulteriori adiumento?

Gelasius in dictis adversus Pelagianam hæresim (ut refertur tom. 2. Concil. apud Binium pag. 257.) sic inquit: Si in ipsis primis hominibus, dum sua minimi felicitate confidunt, & tantam Dei gratiam in vacuum recipientes, non orando, quod utique nusquam fecisse referuntur, nec de perceptis gratiis referendo, nec ut eadem intemerata durarent suppliciter implorando, incolumes constare nequiverunt: quanto magis post pravaricationis ruinam, in quam mala sui Confidentia, creatorem nullatenus inquirendo, lethaliter inciderunt, absque divino munere suis viribus vel agri stare non possunt, sine quo nec integri persistere valuerunt. Item pag. 259. Hinc illa primae conditionis integritas, dum ita de se spiciunt, tanquam ipso, qui considerat, non egerit, nec de perceptis agit gratias, quod nusquam fecisse memoratur, nec de conservandis, qua sumpserat, posuit auxilium, nec ad eum, etiam pulsata tentatoris accessu devota concurrit & consulit, suaeque se credit inter prospera voluntati, facile sine praesidia

Tomus II.

Creatoris patuit deceptoris insidiis. Et aliis interjectis: Sua saltem fragilitate commonita post ruinam non in se fidat nostra conditio: sed ad illius incessabiliter recurrit misericordiam reformanda, cuius gratiam non querendo, nec in paradisi potuit intemerata felicitate constare, discatque sine tali praesidio inde lapsam, per quod instruitur post ærummas ad gaudia redire perpetua. Ita Gelasius Papa, qui in Concilio primo Romano S. Augustino, aliisque Ecclesiae Doctoribus summam contulit auctoritatem, ut constat ex cap. 3. Sancta Romana Ecclesia, dist. 15.

Nec multum dissimiliter loquitur ipse Aug. lib. 14. de Civit. cap. 27. Quoniam (inquit) qui providenter atque omnipotenter sua cuique distribuit, non solum bonis, verum etiam malis bene uti novit. . . . cur non permetteret, ut ab illo malo Angelo primus homo, qui reclusus, hoc est, bona voluntatis creatus fuerat, tentaretur? quandoquidem sic erat institutus, ut, si de adiutorio Dei fideret, bonus homo malum Angelum vinceret: si autem Creatorem atque adiutorem Deum superbe sibi placendo desereret, vinceretur: meritum bonum habens in adjuta divini voluntate recta: malum verò in deserente Deum voluntate perversa: quia & ipsum considerare de adiutorio non quidem posset sine adiutorio Dei. Ubi, ut vides, distinguit duplex adiutorium; alterum quo Adamus dæmonem superaret, alterum, quod ad istud fiducia atque oratione impetrandum requireretur. Et verò quòd illud adiutorium, quo Adamus dæmonem vinceret? Nonne adiutorium sine quo non? Illud jam habebat; quid autem stultius, quam orare pro eo, quod jam habes? Ideoque orare debuit pro adiutorio quo sive gratia efficaci, quam non habebat, & quia non oravit, non accepit, ac propterea malus Angelus vicit bonum hominem.

Potuit ergo Adamus, & verò debuit à Deo petere, ut non caderet, ut se in tentationem non inferret; cum in Dei potestate esset dare efficacem gratiam perseverandi, id est, ipsam perseverantiam in bona voluntate, in qua creatus fuerat; sicut dedit Angelo bono, etiam relinquendo eandem libertatem, scilicet ad standum, & cadendum.

Quod probè sciens Eftius 2. dist. 24. §. 13. Primus (inquit) Angelus, & primus homo ita ceciderunt, ut stare possent: boni verò Angeli ita steterunt, ut cadere possent. Ex quo inferri. Ergo & nunc post lapsum ita agunt homines bene, & male, ut possint non agere. Quia mirum, ut proximè antè dixerat: sicut non aliter peperit Sara, quam Agar, licet illa per gratiam, id est, operationem Dei supernaturalem, hæc per naturam, ut pareret, accepisset: neque aliter videri, qui ex æreo videns factus est per miraculum, quam qui vitium habet à naturâ: ita nec aliter operatur arbitrium, quod per gratiam medicinale, quasi per miraculum sanatum est, quam illud, quod in ipsa creatione sanitatem accepit.

Appositè D. August. de Spir. & litt. cap. 30. in principio: Liberum ergo arbitrium evacuamus

H h 2

per

234.
An etiam
S. August.

Debit Adam
orare
pro gratia
efficaci.

235.
Quid hic
sentias Eftius.

236.

Liberum arbitrium non evacuatur per gratiam, sed statuitur ex S. Aug.

Homo per gratiam recuperat naturam libertatem.

237. Quod sit discrimen inter gratiam sanitatis & gratiam medicinalem.

Hec est celestis aliqua delectatio.

238. Est necessaria ad omnem bonum ex D. Aug.

239. Quare Angelus & homo innocens non indiguerint illa gratia.

per gratiam & aliter; sed magis liberum arbitrium statuimus. Sicut enim lex per fidem, sic liberum arbitrium per gratiam non evacuatur, sed statuitur. Neque enim lex impletur nisi libero arbitrio, sed per legem cognitio peccati, per fidem impetratio gratia contra peccatum, per gratiam sanatio animae a vitio peccati, per animae sanitatem libertas arbitrii, per liberum arbitrium iustitia dilectio, per iustitiam dilectionem legis operatio. Et Epist. 89. sic ait: Neque enim ideo voluntatis arbitrium tollitur, quia iuvatur sed ideo iuvatur, quia non tollitur. Igitur homo per medicinalis gratiae adiutorii primariam & naturam libertatem, quae erat libertas ad utrumlibet, recuperat, juxta illud D. Aug. lib. 22. contra Faustum cap. 23. Magna est itaque & humana creatura, quandoquidem per eam possibilitatem instauratur, per quam si voluisset, nec cecidisset.

Rogat aliquis: an ergo nullum sit discrimen inter gratiam sanitatis, & gratiam medicinalem. Respondeo: perquam maximum. Et quod illud? Dicam breviter, quid Aliqui sentiant. Hoc, inquit, est discrimen inter illas gratias; quod gratia medicinalis pertineat ad voluntatem, gratia vero sanitatis ad intellectum. Hæc est illustratio mentis cœlitus immissa, illa cœlestis aliqua suavis vel delectatio, quæ non est aliud, quam actus aliquis vitalis & indeliberatus animæ, & quidem amoris ac desiderii, præcedentis consensum, cœlitus immissus in voluntatem, per quem ei bonum propositum suaviter placet: quæ delectatio necessaria est ad omnem bonam voluntatem hominis lapsi, non ex natura voluntatis, sed ex ejus poena sive infirmitate, quam contraxit per peccatum originale, quâ sit, ut nihil boni amplecti possit, nisi delectet.

Ita docet D. August. lib. de Spir. & lit. cap. 3. in fine hisce verbis: Nam neque liberum arbitrium quidquam nisi ad peccandum valet, si lateat veritatis via. Et cum id, quod agendum, & quod nitendum est, cœperit non latere, nisi etiam delectet & ametur, non agitur, non suscipitur, non bene (hoc est, non fructuose) vivitur. Ut autem diligatur, charitas Dei diffunditur in cordibus nostris, non per arbitrium liberum, quod surgit ex nobis; sed per Spiritum sanctum, qui datus est nobis. Et cap. 4. ait: Sed ubi sanctus non adjuvat Spiritus, inspirans pro concupiscentia mala concupiscentiam bonam, hoc est, charitatem diffundens in cordibus nostris, profectus illa lex. (Non concupisces) quamvis bona, auget prohibendo desiderium malum.

Ex quo patet, quare Angelus, & homo innocens non indiguerint illa gratia; non enim habebant concupiscentiam malam, quæ orta est ex peccato originali, quo ipsi carebant; atque adeo illustratio mentis abunde sufficiebat, ut eorum voluntas instructa gratia habituali, & aliis dotibus, quæque nihil in se habebat domesticæ labis aut corruptelæ, quoad malum traheretur, continuo profunderet, idque necessarium, indeliberatum motum amoris supernaturalis, & deliberatum amorem pro libitu exercere posset, Ac proinde, quàm

vis necessarius esset motus ille indeliberatus, tamen isti voluntati non erat nova gratia; quia respectu illius erat causa connaturalis, & nihil habebat, quod ejus actionem impediret.

Alia est ratio naturæ vitia; & quantumlibet enim hominis corrupti mens divina luce collustratur, voluntas tamen, carnalis concupiscentiæ vinculis obstricta nec indeliberatum, nec deliberatum amoris supernaturalis motum concipere de se potest. Quod verum est etiam de illa voluntate, quæ jam est instructa virtutibus supernaturalibus. Quemadmodum enim iustitia originalis inferiorem appetitum frænabat, ne in propositam delectationem noxiam indeliberato complacentie motu raperetur: ita originalis concupiscentia ligat voluntatem sanctam, ne ad obiectum, sive bonum supernaturale indeliberato amore aspi-ret. Hinc S. Prosper Resp. 8. ad Capitula Galorum præclare ait: Cum ducentis quatuordecim Sacerdotibus quorum constitutionem contra inimicos gratia Dei totus mundus amplexus est, veraciter professione, quemadmodum ipsorum habet sermo, dicamus, gratiam Dei per Iesum Christum Dominum, non solum ad cognoscendam, verum etiam ad faciendam iustitiam nos per actus singulos adiuvare: ita ut sine illa nihil vera sanctæque pietatis habere, cogitare, dicere, agere valeamus. Neque hæc dona ex Deo esse opinemur, ut, quia ipse natura nostra auditor est, per conditionem jam hæc contulisse videatur, Quia dedit quidem ab initio hanc homini facultatem, sed omnes eam in illo amisimus, in quo omnes peccavimus.

Consonat D. Aug. de Dono persever. cap. 7. circa initium: Qui non inferitur in tentationem, non discedit a Deo. Non est hoc omnino in viribus liberi arbitrii, quales nunc sunt, fuerat in homine (scilicet Angelo) antequam caderet. Fuerat, inquam, in homine, & Angelo non discedere, sed Deum supernaturaliter diligere viribus liberi arbitrii, prout erat instructum gratia habituali, & aliis donis supernaturalibus, quibus jam caret liberum arbitrium in poenam peccati originalis. Et ideo S. Aug. Epist. 107. ait: Non est gratia Dei in natura liberi arbitrii (prout tunc est) & in legi, atque doctrina, sicut Pelagiana pervertitur desipit, sed ad singulos actus datur illius voluntate, de qua scriptum est (Pl. 67. v. 10.) Pluviam voluntarium segregabis Deus hereditatis tuæ: quia & liberum arbitrium ad diligendum (supernaturaliter) Deum primi peccati granditate perdidimus; & lex Dei atque doctrina, quamvis sancta, & iusta, & bona, tamen occidit, si non vivificet Spiritus; per quem fit non ut audiendo, sed ut obediendo, neque ut letissimo, sed ut dilectione teneatur.

Igitur voluntas innocens, quia non habebat concupiscentiam malam, posita illustratione, necessario, sicut dictum est, profudit motum indeliberatum dilectionis; sicut autem oculus bene sanus, nec ullo sustinuit humore propositum sibi debite obiectum, ac temperatè collustratum luce necessario intuetur. Et verò velut oculus perfectè sanus, si luce non collustratur, nequit videre;

se indidem voluntas quantumvis sana ne-
quidem indeliberato motu tendit in Deum,
nisi superno lumine illukretur. Quod scitè no-
secus D. Aug. lib. 14. de Civit. Dei. c. 13. di-
cebat: si voluntas (Adami) in amore superioris
inimicabilis boni, à quo illustratur ut videret, &
accendebatur ut amaret, stabilis permaneret, non in-
de ad sibi placendum averteretur, & ex hoc tenebre-
rent & frigesceret, ut vel illa verum crederet di-
xisse serpentem, & ille Dei mandato uxoris præpo-
neret voluntatem, putaretque se venialiter trans-
gressum esse præcepti, si vita sua sociam non dese-
ret etiam in societate peccati.

Ecce hic Aug. postulat & illustrationem, &
motum voluntatis; sed illam tanquam novam
gratiam, non hunc, utpote, qui, posita illu-
stratione, connaturaliter & necessario, ut di-
ctum est, profundebatur, si erat motus indeli-
beratus. An autem de illo ibi loquatur D. Aug.
dubium est: Aliqui putant accensionem illam
non accipi pro motu indeliberato, antecedente
Dei amorem, & quo posito, voluntas Adami
posset eodem momento Deum amare; sed po-
tius pro ipso Dei amore, qui voluntatem accen-
debat, ut reliqua amaret, & quo posito, non
posset Adam eodem tempore Dei mandato u-
xoris voluntatem præponere.

Et sanè, quemadmodum vox illa, *Videret*,
Deum non respicit, sed cetera, ac præcipuè
dæmonis insidias, quas vidisset Eva, si ante ab
amore Dei non cecidisset: ita verbum illud,
Amaret, creatura spectat, atque ipsam maxime
Evam, quam præposterè Adam non amasset,
nisi prius caustum Dei amorem, à quo ad cetera
rectè amanda inflammabatur, extinxisset. Undè
sequitur apud D. Aug. immediatè post verba
allegata: Non ergo malum opus factum est, id est,
illa transgressio, ut cibo prohibito vescerentur, nisi ab
eis, qui mali jam erant. Et juxta hanc explicatio-
nem ille locus non est ad propositum.

Interim verissimum est, quod dixit Aug. lib.
3. de lib. arbit. c. ult. in principio: *Voluntatem*
non allicit ad faciendum quodlibet, nisi aliquod vi-
sum: quid autem quisque vel sumat, vel respuat, est
in potestate; sed quo viso tangatur, nulla potestas est.
Et infra: Si nulla viso tangeretur (Angelus) non
eigere facere, quod scit, nam si non et aliquid ve-
nisset in mentem, nullo modo intentionem conver-
tisset in nefas. Unde igitur illi venit in mentem,
quidquid illud est, quod venit in mentem, ut ea mo-
lueretur, quibus ex bono Angelo diabolus fieret?

Similiter loquitur lib. de Spir. & litt. c. 34.
ibi: Nemo habet in potestate quid ei veniat in men-
tem; sed consentire, vel dissentire propria volun-
tatis est.

Genuinum igitur (concludit Antonius Ri-
chardus de Lib. arbit. lib. 2. Sect. 3. s. 2. in
fine) inter utriusque gratiæ adjutoria discrimen
est: quod altera solius mentis illustrationem,
altera delectationem cœlii immixtam com-
plectatur. Quò spectat famosus ille S. Aug. lo-
cus ex lib. de Corrept. & Grat. c. 11. in princi-
pio: Quid ergo? Adam non habuit Dei gratiam? Imò
verò habuit magnam, sed disparem. Ille in bonis erat,

qua bonitate sui Conditoris acceperat. Neque enim ea
bona & ille suis meritis comparaverat, in quibus
nullum prorsus patiebatur malum. Sancti vero in hac
vita, ad quos pertinet liberationis hac gratia, in ma-
lis sunt, ex quibus clamant ad Deum: Libera nos à
malo. Hæc radix inter utramque gratiam discrimi-
nis, domestica scilicet labe, quæ carebat A-
dam, & nos opprimimur. Hinc subdit: Ille
non opus habebat eo adjutorio, quod implorant isti,
cum dicunt: Video aliam legem in membris
meis, repugnantem legi mentis meæ, & capti-
vantem me in lege peccati, quæ est in membris
meis. Infelix ego homo quis me liberabit de
corpore mortis hujus? gratia Dei per Jesum
Christum Dominum nostrum. Quoniam in eis
caro concupiscit adversus spiritum, & spiritus adver-
sus carnem, atque in tali certamine laborantes ac
periclitantes, dari sibi pugnandi vincendique virtu-
tem per Christi gratiam possunt. Hæc gratia est de-
lectatio cœlestis, quam adversus noxiam concu-
piscentiæ suavitatem Spiritus sanctus infun-
dit. Ita præfatus Auctor. Tu cogita, an velis
eum sequi: quid ego sentiam, dicam in fine
Conclus. n. 286.

Interea nota: D. Aug. (juxta Ricardum
sup. s. 4.) lib. de Corrept. & Grat. c. 11. & 12.
ubi utriusque gratiæ, scilicet medicinalis, &
sanitatis adjutoria comparat, agere de gratia da-
ta Adamo ad perseverandum, eamque compo-
nere cum illa, quæ homines de facto perseve-
rant, & hanc diei esse efficacem, illam verò
minimè fuisse. Auscultate ipsum D. Aug. lo-
quentem cap. 11. & dicentem: *Istam gratiam*
non habuit homo primus, quæ nunquam vellet esse
malus, sed sanè habuit, in qua si permanere vellet,
nunquam malus esset, & sine qua etiam cum libero
arbitrio bonus esse non posset: sed eam tamen per
liberum arbitrium deferere posset. Nec ipsum ergo
Deus esse voluit sine sua gratia, quam reliquit in
ejus libero arbitrio; quoniam liberum arbitrium ad
malum sufficit, ad bonum autem parum (aliàs, ni-
hil) est, nisi adjuvetur ab omnipotenti bono (id est, à
Deo) quod adjutorium si homo ille per liberum non
deseruisse arbitrium, semper esset bonus, sed dese-
ruit, & desertus est. Tale quippe erat adjutorium,
quod desereret, cum vellet, & in quo permaneret, si
vellet, non quo fieret, ut vellet.

Hæc prima est gratia, qua data est primo Adam
(gratia scilicet sufficiens ad perseverandum) sed
hac potentior est in secundo Adam. Prima est enim
quæ sit, ut homo habeat justitiam si velit; secunda
ergo plus potest, quæ etiam sit ut velit, & tantum
velit, tantoque ardore diligit, ut carnis voluntatem,
contraria concupiscentem voluntate spiritus vincat.
Hæc est gratia efficax. Ad idem propositum
cap. 12. ita scribit: Primo itaque homini, qui in eo
bono, quo factus fuerat reclusus, acceperat posse non
peccare, posse non mori, posse ipsum bonum non de-
serere, datum est adjutorium perseverantiæ, non quo
fieret ut perseveraret, sed sine quo per liberum arbi-
trium perseverare non posset. Nunc verò sanctis in
regnum Dei per gratiam Dei prædestinatis non
tantum tale adjutorium perseverantiæ datur, sed
tale, ut eis perseverantia ipsa doneatur, non solum ut

H h 3

Quæ sit
radix dis-
criminis
inter grati-
am sanitatis &
medicinalis.

246.

Aug. loqui-
tur de gra-
tia data ad
perseveran-
dum Adamo
& nobis.

247.

Adam ha-
buit grati-
am tantum
sufficiens,
prædestina-
ti habent
efficacem.

Probat ex
August.

sine

sine isto dono perseverantes esse non possint, verum etiam ut per hoc donum non nisi perseverantes sint.

248.
Donū per-
severantia
non imponit
necessitatem
antecedentem.

Non quoddam hoc donum imponat necessitatem antecedentem perseverandi; sed consequentem dumtaxat, ut clare significat Aug. lib. de Dono persever. cap. 6. in principio: Sed nolunt, ut scribitis, isti fratres (intelligit Massilienses) ita hanc perseverantiam predicari, ut non vel simpliciter emereri, vel amitti contumaciter possit; ubi quid dicant, parum diligenter attendunt. De illa enim perseverantia loquimur, quā perseveratur usque in finem: quā si data est, perseveratum est usque in finem, si autem non est perseveratum usque in finem, non est data. quod jam & superius satis egimus. Non itaque dicant homines, perseverantiam cuiquam datam usque in finem, nisi cum ipse venerit finis, & perseverasse, cui data est, repertus fuerit usque in finem. Dicimus quippe castum, quem novimus castum, siue sit, siue non sit in eadem castitate mansurus; & si quid aliud divini muneris habeat, quod teneri & amitti potest, dicimus eum habere, quamdiu eumque habet; & si amiserit, dicimus habuisse. Perseverantiam verò usque in finem, quoniam non habet, quisquam nisi qui perseveraverit usque in finem; multi eam possunt habere, nullus amittere. Neque enim metuendum est, ne forte cum perseveraverit homo usque in finem, aliqua in eo mala voluntas oriatur, ne perseveret usque in finem.

249.
Perseverantia cum data fuerit, non potest amitti.

Hoc ergo Dei donum suppliciter emereri potest; sed cum datum fuerit, amitti contumaciter non potest. Cum enim perseveraverit quisque usque in finem, neque hoc donum potest amittere, nec alia, quæ poterat ante finem. Quomodo enim potest amitti, per quod sit, ut non amittatur etiam quod potest amitti? Ita Aug. Ergo non existimat, donum illud ejusmodi adjutorio contineri, quibus humana libertas reluctari nequeat. Pro quo

250.
Quale sit
auxilium,
quo hodie
perseveratur
usque
in finem.

Nota: auxilium, quo perseveratur usque in finem in statu naturæ lapsæ, non esse unum, aliquod auxilium, nec merè internum; sed esse multitudinem quamdam auxiliorum, perpetuo congruorum usque ad mortem inclusivè. Sicut enim illud Velle, quod dicit D. Aug. dari per illud auxilium, non est unum, seu unius virtutis, sed diversarum virtutum; pariter & auxilium, quod datur ad exercitium illarum virtutum. Adde, quoddam & ipsa opportuna mors in illa multitudine auxiliorum continetur; quamvis ergo illud totum non sit in nostra potestate, quoniam non mors illa congrua; hoc tamen non obstat, quin singulis internis auxiliis possit homo cooperari, & non cooperari.

251.
Quare ad-
jutorium
Adæ vocetur
sine quo
non, & no-
strum quo.

Si autem à me quaeritur: cur D. Aug. adjutorium perseverantiæ Adamo, & Angelis concessum appellet adjutorium sine quo non; illud verò, quod modo prædestinatis datur, adjutorium quo. Responso in promptu est; quia Adamus, & Angeli mali cum auxilio, quod acceperant in sua creatione, quamvis sine illo non possent perseverare, & cum illo possent, tamen de facto non perseveraverunt; at verò

prædestinati cum suo adjutorio, quod accipiunt à Deo, non solum possunt perseverare, sed actualiter perseverant. Attendite ad id, quod dicit D. Aug. lib. de Corrept. & grat. cap. 12. & confectius intelligitis ejus mentem. Sic ergo loquitur: Aliud est adjutorium sine quo aliquid non fit, & aliud est adjutorium, quod aliquid fit. Nam sine alimentis non possumus vivere, nec tamen cum affuerint alimenta, eis sit ut vivat, qui mori voluerit. Ergo adjutorium alimentorum est sine quo non fit, non quo fit, ut vivamus. At verò beatitudo, quam non habet homo, cum data fuerit, continuò fit beatus. Adjutorium est enim non solum sine quo non fit, verum etiam quo fit, propter quod datur, & si data nunquam fuerit, nunquam erit. Alimenta verò non consequenter faciunt, ut homo vivat, sed tamen sine illis non potest vivere.

Ubi, in rigore loquendo, S. Aug. per adjutorium quo intelligit ipsam beatitudinem, quæ homo fit, seu est formaliter beatus, & sine qua nunquam erit beatus. Et verò quis ambigit hominem, & Angelum lapsum eam non habuisse; imò & Angelum bonum, quamdiu fuit in via? Habuerunt tamen adjutorium sine quo non pervenitur ad beatitudinem. Et quod illud? Gratia sanctificans, sine qua nemo fit seu est beatus, non tamen continuò fit seu est beatus, cui à Deo datur. Sic ego, & Alii mecum intelligunt D. Aug. vide supra sect. 2. num. 67. Nihilominus etiam gratia actuali applicari posset hæc divisio, ita ut adjutorium quo dicatur motus indeliberatus voluntatis, qui in homine lapsio cum voluntate propriæ & immediatè liberam volitionem operatur, quando scilicet est gratia sive motus efficax; adjutorium autem sine quo non sit celestis illuminatio, quam sana voluntas ad perseverandum exigebat; quemadmodum lux oculis sanis est necessaria ad videndum, tamen nullam virtutem operandi illis tribuat; sed tota virtus, quanta quanta est, sit intrinseca oculis.

Hoc igitur modo virtus operandi, quanta quantæ erat, intrinseca fuit sanæ voluntati Adami, & Angelorum, quæ tamen, ut operaretur, indigebat luce celesti, de qua loquitur Aug. lib. de Natur. & grat. c. 28. ibi: Si de luce sana hominis natura loqueretur (Pelagius) quam modò non habemus... nec sic rectè diceret, quod non peccare nostrum tantummodo sit, quamvis peccare nostrum esset: nam & ibi esset adjutorium Dei (scilicet habitualis gratiæ) & tanquam lumen sanis oculis (scilicet adjutorium cognitionis) quod adjuti videant se præbere volentibus.

Et siquidem hoc lumen congruum fuisset respectu omnium, omnes indubie tam Angeli, quam primi parentes in veritate stetit; sicut enim omnes homines lapsi, imò & Angeli mali resurgerent, si eis daretur gratia voluntatis seu motus indeliberatus congruus. Sed quia non omnibus Angelis datum est tale lumen; sed neque primis parentibus, idè non omnes steterunt, neque steterunt primi parentes, quamvis haberent lumen sufficiens, quo possent stare,

si voluissent. Et consimiliter, quia Angelis lapsis non datur gratia voluntatis congrua, neque omnibus hominibus lapsis, idem non omnes resurgunt, & perseverant, quamvis possent resurgere, & perseverare, si vellent. Quid ergo, si dixero, & illam gratiam congruam sive intellectus, sive voluntatis esse adiutorium quo? Nam est adiutorium, quo fit continuò propter quod datur: non formaliter quidem & necessariò, ut de beatitudine, & ipsa perseverantia affirmat Aug. sed efficienter tantum, atque, ut S. Doctor loquitur, cum de gratia efficaci hominis lapsi sermo est, indeclinabiliter & insuperabiliter, lib. de Corrupt. c. 12. circa finem: *Subventum est igitur infirmitati voluntatis humana, ut divinà gratia indeclinabiliter & insuperabiliter ageretur, & idcirco quamvis infirma, non tamen deficeret, neque adversitate aliquà vinceretur.* Quibus verbis non antecedentem, sed consequentem solum necessitatem significat, sive potius infallibilitatem effectus.

Quando ergo S. Aug. negat Angelo, etiam tanti adiutorium quo, non negat ipsi quodcumque auxilium efficax, sed solam novà gratiam internam voluntatis, re ipsa inferentem effectum. Habuerunt namque gratiam efficacem, sed in solo intellectu existentem, quæ tamen consentium voluntatis infallibiliter impetraret: talem autem illustrationem intellectus non habuit Adam, vel Angelus lapsus; quod si habuissent, sicut Angelus bonus habuit, etiam ipsi per liberum arbitrium steterunt, sicut ipse stetit, & donum perseverantiæ accepissent, prout ille accepit: ita ut illi cogitationi victrici, ejusque auctori Deo adhibenda sint Angelorum merita, perseverantia, atque discretio.

Rogat aliquis: cur ergo Augustinus dixit, Deum Adamo & Angelis reliquisse suam voluntatem, non autem homini corrupto? Respondetur: non ob aliam causam, quam quia voluntas innocens haud indigebat novà gratiâ voluntatis; sed solâ illustratione intellectus; at verò voluntas corrupta indiget novà gratiâ internâ, quæ immediatè à Deo causetur in voluntate. Nam, ut ait S. Aug. lib. de Corrupt. & Grat. c. 12. *Si in tanta infirmitate vita hujus, in qua tamen infirmitate propter elationem reprimendam perfici virtutem oportebat, ipsis relinqueretur voluntas sua, ut in adiutorio Dei, sine quo perseverare non possent, manerent, si vellent, nec Deus in eis operaretur ut vellent, inter tot & tantas tentationes infirmitas suâ voluntas ipsa succumberet, & idcirco perseverare non possent (id est, non perseverarent) quia deficientes infirmitate nec vellent, aut non ita infirmitate voluntatis, ut possent, id est, ut facerent, quod vellent facere.*

Atque ex hic festinè cognoscitur, quare S. Aug. lib. de Corrupt. & Grat. c. 11. dicat, Angelos sanctos stetisse per liberum arbitrium, & gloriam fuisse mercedem meriti, ibi: *Sed quia voluit permanere (Adam) profectò ejus culpa est, cuius meritum fuisse, si permanere voluisset, sicut fecerunt Angelis sanctis, qui, cadentibus aliis per liberum arbitrium, per liberum arbitrium steterunt ipsi, & hujus*

mansionis debitam mercedem recipere meruerunt, tantam scilicet beatitudinis plenitudinem, quâ eis certissimum sit, semper se in illa esse mansuros. Per liberum, inquit, arbitrium, instructum innocentia, & naturali possibilitate, hoc est, gratiâ habituali, & aliis dotibus steterunt ipsi absque nova gratia interna voluntatis cum sola cælesti illustratione congrua. Pro quo.

Nora, Aug. lib. de Peccatorum merit. c. 37. *Voluntatem sanam vocare Mentis valentiam, ibi: Sed agitur de illius (Adam) mentis quadam valentia usque rationis, quo præceptum Dei legemque mandati & docilis Adam caperet, & facile posset custodire, si vellet. Et lib. 11. de gen. ad litt. appellat posse naturam, item, possibilitatem naturalem. Unde Celestinus Papa in Epist. ad quosdam Galliciarum Episcopos pro prospero & Hilario cap. 3. (aliàs 4.) ait: In pravaricatione Adæ omnes homines naturalem possibilitatem, & innocentiam perdidisse. Et Aug. Epist. 107. loquens de natura sana, inquit: Quam totam perdidit in semetipso primus Adam. Ubi indubiè naturam accipit, ut instructam seu ornatam à Deo gratiâ habituali, & aliis dotibus. Proinde rectè dicit Concil. Araus. 11. can. 21. Idem Christus non gratis mortuus est, ut & lex per illum impleatur, qui dixit (Matth. 5. v. 17.) Non veni legem solvere, sed adimplere; & natura per Adam perditam repararetur. Et verò quid aliud hæc reparatio naturæ perditæ, quam justificatio? Ergo sub natura intelligit Concil. gratiam habitualement. Hinc naturaliter illo sensu fit, quod procedit à voluntate, instructa dotibus, quas in prima creatione Adam acceperat.*

Eodem quoque sensu libertatis ac liberi arbitrii nomina usurpantur, videlicet, ut significant voluntatem instructam gratiâ habituali, & aliis dotibus in prima creatione acceptis. Aug. lib. Nat. & grat. c. 43. loquens de Adamo; *Quis (inquit) eum nescit sanum & inculpabilem factum, & libero arbitrio, atque ad justè vivendum potestate liberà constitutum? Sed nunc de illo agitur, quem semivivum latrones reliquerunt. Rursus ser. 2. de Verb. Apostoli: Verum est, magnas liberi arbitrii vires homo, cum conderetur, accepit. Et lib. 14. de Civit. c. 11. Tale datum est à Deo (liberum arbitrium) quod amissum proprio vitio, nisi à quo dari potuit, reddi non potest.*

Libertas ergo, de qua S. Doct. ait lib. 2. Operis imperfecti: Ad bonum opus liberum Adam condidit; præter facultatem naturalem, duo complectitur, scilicet habitualement voluntatis gratiam, & omnis infirmitatis concupiscentialis absentiam. Et quia, quâ ratione Adamum condidit liberum ad bonum opus, eadem etiam condidit Angelum; idcirco dicit Aug. Angelum bonum stetisse per liberum arbitrium, instructum scilicet, sicut antea dixi, innocentia, & naturali possibilitate, id est, ornatum gratiâ habituali, & aliis dotibus. Atque eodem sensu bona opera naturæ integræ peculiari modo dicuntur merita, scilicet humana, quia videlicet profecta à naturali possibilitate. Nunc autem meritum non est ampliùs humanum, quia, amissa per peccatum illa naturali possibilitate, necesse

258.

Voluntas sana vocatur à S. Aug. mentis valentia.

Natura sana nam totam perdidit Adam in semetipso.

259.

Libertatem arbitrium aliquando significat voluntatem instructam originali justitia.

260.

Quare Aug. dicat Angelum bonum stetisse per liberum arbitrium.

Quare bona opera naturæ integræ dicantur merita peculiariter.

cessit est Deum per novam gratiam internam voluntatis, quæ ipsam sanet, donare possibilitatem efficiendi boni operis; ac propterea meritum jam appellatur gratuitum omnino & divinum. Appositè D. Aug. lib. de Prædest. SS. c. 15. Humana hic merita conticescant, quæ perierunt per Adam; & regnet, quæ regnat, Dei gratia per Iesum Christum Dominum nostrum.

261. *Quare beatitudo respectu status innocentie potius mercedis ac præmii locum obtinere dicat, quam doni & gratiæ: sic enim ait cap. 11. de Corrept. & Grat. in fine: Quid erit autem liberius libero arbitrio, quando non poterit servare peccato, quæ futura erat & homini, sicut facta est & Angelis sanctis merces meriti? Nunc autem per peccatum perdit bono (id est humano) merito (quia perdit naturalis possibilitas & innocentia) in his, qui liberantur, factum est donum gratiæ, quæ merces meriti futura erat.*

262. *Hercule inter meritum, & mercedem est quasi naturalis connexio; quia autem in hoc statu meritum peculiari modo gratiæ tribuitur, ipsa quoque beatitudo æterna, specialiori jure gratia appellatur. Unde illud S. Aug. de Grat. & libero Arbitr. c. 8. Si vita bona nostra nihil aliud est, quam Dei gratia, sine dubio & vita æterna, quæ bona vita redditur, Dei gratia est: & ipsa enim gratis datur, & gratis data est illa, cui datur. Cæterum Richardus sup. §. 5. quævis putet, jam dicta de adjutorio quo, & sine quo non vera esse, si intelligantur de gratia requisita ad bonam voluntatem suscipiendam; attamen, si sermo sit de adjutorio perseverantiæ, prout est apud Aug. lib. de Corrept. & Grat. c. 10. 11. & 12. docet, aliquid aliud esse adjuvandum ex mente D. Aug. Pro quo.*

263. *Notat Primò, aliam esse gratiam excitantem, quæ bonum voluntatis motum in potentia voluntatis excitat, aliam adjuvantem, quæ, excitato acceptoque bonæ voluntatis motu, hominem jam volentem conantemque adjuvat, ut vel efficiat quod voluerit, vel ut fortius velit, quam velle cepit. Colligitur ex D. Aug. lib. 1. Retract. c. 9. Lib. de Grat. & libero Arbitr. c. 20. & Lib. de Grat. Christi c. 19. ita ut nihil clarius sit, quam adjutorium propriè esse respectu voluntatis jam volentis conantisque, sed adolescentis adhuc & infirmæ, quæ ut possit id, quod voluit, gratiæ debet adjuvante roborari. Quod spectat illud D. Bernardi Lib. de Grat. & libero Arbitr. Conatus liberi arbitrii casu sunt ad bonum, si non adjuvantur, nulli, si non excitentur.*

264. *Notat Secundò, divisionem gratiæ in prævenientem, & subsequenter coincidere cum præcedenti divisione, ita ut præveniens sit gratia, quæ prævenit omnem etiam primum voluntatis motum bonum, quæ voluntas hominis preparatur ac datur, quæ Deus in homine operatur & velle; gratia verò subsequens, quæ consequitur illa inchoata studia bonæ voluntatis, eaque tanquam infirma fovet, juvat, roborat, donec perfecta robustaque voluntas ef-*

ficiatur. Notat Tertiò; gratiam operantem & cooperantem confundi cum præveniente, & libero Arbitr. c. 17. Et qui istam, est parum, dare cooperat (charitatem) nisi ille, qui preparat voluntatem, & cooperando perficit, quod operando incipit; quoniam ipse, ut velimus, operatur incipiens, qui volentibus cooperatur perficiens.

Denique advertit, dictas divisiones ortum suum habuisse ex heresi Semipelagianorum, qui dicebant, nostrum esse velle, credere, priusquam Dei gratia nos incipiat adjuvare. Item, ipsum velle non in homine nascatur expectare, ita ut idè quis adjuvetur, quia voluit, non idè, quia adjuvatur, velit. Cujus controversiæ Catholici inter atque Semipelagianos summam hinc verbis complectitur S. Aug. Vtrum præcedat hæc gratia, an subsequatur hominis voluntatem, hoc est, ut plenius id eloquar, utrum idè nobis datur, quia volumus, an per ipsam etiam hoc Deus efficiat ut velimus.

His suppositis, asserit præfatus Auctor, adjutorium perseverantiæ primo homini & Angelis concessum in statu innocentie non fuisse gratiam prævenientem, quæ efficeret ut vellet, sed adjuvantem tantum, & cooperantem, quæ susceptam bonam voluntatem confirmaret, & que corroboraret: nam, ut sup. dictum est, cum sola illustratione intellectus poterat voluntas innocens sine nova gratia interna voluntatis exercere bonam volitionem; ut autem illam volitionem constanter teneret, & in illa perseveraret, indigebat novâ gratiâ voluntatis, corroborante seilicet & perhiente, quod jam inceptum erat; ut enim Aug. ait Enchir. c. 106.

Est peccatum in solo libero arbitrio erat constitutum, non tamen iustitia retinenda sufficiebat liberum arbitrium, nisi participatione immutabilis boni divinum adjutorium præberetur. Sicut enim mortuus est in hominis potestate, cum velit, nemo est enim, qui non seipsam, ut nihil aliud dicam, vel non resurgens possit occidere; ad vitam verò tenendam voluntas non satis est, si adjutoria sive alimenterum, sive quarumcumque tutaminum desint. Sic homo in paradiso (eadem est ratio Angeli) ad se occidendam, retinendo iustitiam, idoneus erat per voluntatem, ut autem ab eo teneretur vita iustitia, parum erat velle, nisi ille, qui cum fecerat, adjuvaret. Ex Ser. 3. de Verb. Apostoli cap. 10. Volo ut velis; sed non sufficit ut velis. Adjuvandum es, ut plene velis, & impleas quod velis. Ergo gratia Adamo data non erat ad volendum, sed ad perseveranter volendum, juxta illud Hilarii in Epist. ad S. Aug. Illum integris viribus voluntatis juvaret gratia volentem, sine qua perseverare non poterat. Quæ licet ex Massiliensium persona dicat Hilarius, veram tamen continet sententiam D. Aug. de gratia primi hominis.

Probatur clarissime ex lib. de Corrept. & Grat. cap. 11. Tunc ergo dederat homini (idem est de Angelo) Deus bonam voluntatem; in illa quippe cum fecerat, qui fecerat rectum. Dederat & adjutorium, sine quo in ea non posset permanere si vellet, ut autem

vellet, in ejus libero reliquit arbitrio. Posset ergo permanere, si vellet, quia non deest adjutorium per quod posset, & sine quo non posset perseveranter bonum tenere, quod vellet. Ergo non requirebatur, ut vellet, sed ut perseveranter bonum teneret. Et idem subdit: Sed quia noluit permanere, perfectio ejus culpa est, cuius meritum fuisset, si permanere voluisset. Atque ita intelligi debet, quod ibidem ait: Nec ipsum ergo Deus esse voluit sine sua gratia, quam reliquit in ejus libero arbitrio. Quid ita? Quoniam liberum arbitrium ad malum sufficit; ad bonum autem (supple, perseveranter tenendum) parum (aliàs, nihil) est, nisi adjuvetur ab omnipotenti bono. Et post pauca: Tale quippe erat adjutorium, quod deferret, cum vellet, & in quo permaneret, si vellet, non quo fieret, ut vellet. Quippe ad bonam voluntatem non indigebat novâ gratiâ, sed tantum ad perseverandum in ea.

Natura itaque adjutorii perseverantiæ est, ut volenti quidem tribuat posse; ad volendum verò nihil profusus conducat. Quod declarat August. cap. 12. exemplo alimentorum, dicens: Nam sine alimentis non possumus vivere, nec tamen, cum adjuverint alimenta, eis sit, ut vivat, qui meri voluerit. Quia videlicet alimenta non dant velle, sed solum posse, si velle affuerit. Hinc concludit August. Primo itaque homini, qui in eo bono, quo factus fuerat rectus, acceperat posset non peccare, posse non mori, posse ipsum bonum non deferere, datum est adjutorium perseverantiæ, non quo fieret, ut perseveraret, sed sine quo per liberum arbitrium perseverare non posset. Id est, sine quo non posset perseverare, etiam si vellet: quemadmodum sine arbore vitæ non poterat semper vivere, etiam si vellet; & cum ea poterat semper vivere, si voluisset, sed quia noluit, non semper vixit. Quod clarius explicat Eschir. cap. 106. Sicut mori est in hominis potestas, &c. vide supra.

Ex his jam manifestum est, quid sit adjutorium quo; nimirum, quod non solum dat voluntati, ut possit, quod jam volebat; sed etiam ut velit, sic ut comprehendat simul gratiam excitantem, & adjuvantem. Hocque adjutorium datur homini lapso. Est quippe (ut ait August. d. cap. 11.) in nobis per hanc Dei gratiam in bono recipiendo, & perseveranter tenendo non solum posse, quod volumus; verum etiam velle, quod possumus. Quod non fuit in homine primo; utrum enim horum in illo fuit, alterum non fuit: namque ut reciperet bonum (scilicet amorem eamdem, cum quo Deus eum creaverat) gratiâ non egebat, quia nondum perdididerat (istud bonum) ut autem in eo permaneret, egebat adjutorio gratiâ, sine quo id omnino non posset, & acceperat posse, si vellet; sed non habuit velle quod posset, nam si habuisset, perseverasset. Posset enim perseverare etiam, si vellet: quod ut nollet de libero descendit arbitrio, quod tunc ita liberum erat, ut bene velle posset, & malè.

Ubi nota, ly Posse, non designare possibilitatem volendi, ut sensus sit, adjutorium sine

TOMUS II.

ne quo non dedisse tantum posse velle; adjutorium autem quo posse velle, & actu velle: nam August. non dicit: Est in nobis per hanc Dei gratiam non solum posse velle, verum etiam velle; sed: Non solum posse, quod volumus, verum etiam velle quod possumus: quod longe diversum est, ut patet consideranti. Et d. cap. 12. de Sanctis ita loquitur: Eis non solum dat adjutorium, quale primo homini dedit, si ne quo non possint perseverare, si velint; sed in eis etiam operatur & velle, ut, quoniam non perseverabunt, nisi & possint & velint, perseverandi eis possibilitas, & voluntas divina gratia largitate donetur. Non ait, possibilitas voluntatis, sed, perseverandi possibilitas. Ergo aliud est posse velle, & posse quod volumus, id est, posse perseverare, supposito, quod velimus perseverare.

Aliter contingit in Adamo, cui, cum voluntatem perseverandi sine nova gratia posset elicere, sola perseverandi possibilitas donata est. Tales quippe vires (auditis August. sup.) habebat ejus voluntas, quæ sine ullo fuerat instituta peccato, & nihil illi ex se ipsa concupiscentialiter resistebat, ut dignè tanta bonitati, & bene vivendi facilitati perseverandi committeretur arbitrium. Modò autem propter concupiscentiam resistentem homines perseverare non possent; Quia deficientes infirmitate (ut ibidem dicitur) nec velent, aut non ita velent infirmitate voluntatis, ut possent. Duplex enim est voluntatis infirmitas. Prima, quæ ne minimum quidem conatum salutarem exercere potest, nisi delectatione cœlesti præveniatur. Secunda, quæ non potest integrè velle, nisi ejusdem gratiæ beneficio adversus reluctancem concupiscentiam corroboretur.

Hinc sequitur apud August. sup. Subvenit enim est igitur infirmitati voluntatis humana, ut divina gratiâ indeclinabiliter, & insuperabiliter ageretur; & idè quâvis infirma, non tamen deficeret, neque adversitate aliqua vinceretur. Ita factum est, ut voluntas hominis invalida & imbecilla in bono adhuc parvo perseveraret per virtutem Dei, cum & voluntas primi hominis fortis & sana in bono ampliore non perseveraverit, habens virtutem liberi arbitrii, quâvis non defuturo adjutorio Dei, sine quo non posset perseverare, si vellet; non tamen tali, quo in illo Deus operaretur ut vellet. Fortissimo quippe dimisit atque permisit facere, quod vellet; infirmis servavit, ut, ipso donante, invictissime, quod bonum est, vellet, & hoc deferere invictissime nollent.

Itaque, ut imponamus finem, agnoscit Richardus hoc loco aut eerrè videtur agnoscere novum adjutorium, seu gratiam internam voluntatis in Angelo, qui stetit per liberum arbitrium, quam non habuit Angelus, qui cecidit, neque primus homo: at verò in alio opere, quod intitulat, de Hæresi Janseniana sub nomine Stephani Decamps, lib. 3. Disp. 3. videtur docere, ad perseverandum satis fuisse cœlestem illuminationem, per quam ita Deus

li

VOCA.

Expenditur
tur verba
S. Augusti-
ni.

272.

Adamo sola
possibilitas
perseveran-
di est dona-
ta.

Duplex est
infirmitas
voluntatis.

273.

Colligitur
ex D. Aug.

274.

Conclusio
finalis An-
tonii Ri-
chardi.

Sancti Angeli nunquam fuerunt sine bona voluntate.
S. Aug.

vocaverit Angelos prædestinatos, quemadmodum sciebat eis congruere, ut vocantem non respuerent, id est, ut perseverarent in amore casto, cum quo creati ab ipso fuerant. Nam ut ait D. August. lib. 12. de Civit. cap. 9. *Sine bona voluntate, hoc est, Dei amore (utique actuali) nunquam sanctos Angelos fuisse, credendum est. Et istam (interrogat ibidem S. Doct.) quis fecerat, nisi ille, qui eos cum bona voluntate, id est, cum amore casto, quo illi adhaerent, creavit, simul in eis & condens naturam, & largiens gratiam?*

275.
Quid S. Aug. intelligat per gratiam, quam Deus dedit Angelis.

Ubi, juxta præfatum Auctorem loco mox Cit. cap. 8. num. 3. nomine gratiæ intelligit, non gratiam habitualem; sed vel ipsum amorem castum (solet enim S. August. bonum opus, quod per gratiam Deus operatur, gratiam appellare) vel certe adjutorium gratiæ efficacis, à qua producebatur ille amor castus. Cum enim voluntas ex se sit improporcionata actui supernaturali, neque in priori naturæ habuerit habitum supernaturalem, debuit elevari per gratiam actualem supernaturalem, supplementem vicem habitus: quemadmodum de facto voluntas hominis lapsi elevatur ad producendum actum supernaturalem proximè disponentem ad habitum justificantem.

276.
Angeli instructi habitibus supernaturalibus sine alia gratia poterant elicere actus supernaturales.

Postquam autem Angeli instructi erant habitibus supernaturalibus Fidei, Spei, & Charitatis, jam poterant sine nova gratia voluntatis tam excitante, quam adjuvante elicere actus supernaturales, in hisque perseverare, posita efficaci illustratione intellectus; & ideo perseverantia Angelorum specialiori modo adscribitur à D. August. libero arbitrio; amor autem castus, quo in creatione sua Deo adhæserunt, potius adjutorio seu gratiæ Dei, quam libero arbitrio. Interrogas: quomodo ergo bene dicit S. Fulgentius, Deum in Angelis operatum esse, ne caderent, ut sup. audivimus? Respondetur: eodem sensu istud dici, quo à S. August. scribitur lib. 83. qq. q. 68. *Quoniam nec velle quisquam potest, nisi admonitus & vocatus, sive intrinsecus, ubi nullus hominum videt, sive extrinsecus per sermonem sonantem, aut per aliqua signa visibilia efficitur, ut etiam ipsum velle Deus operetur in nobis.*

Quomodo Deus fuerit operatus in Angelis ne caderent.
S. Fulgen.

277.
Duobus modis Deus operatur velle per gratiam.

Duobus enim modis dicitur Deus ipsum velle per gratiam operari, alter proprius est ac verus, quo infirmam voluntatem, inspiratâ celestis delectatione, movet ac flectit, alter improprius est ac metaphoricus, quo voluntatem sanam ac robustam per objectam tantum cognitionem allicit. Quamvis autem duo illi modi plurimum inter se discrepent; in hoc tamen conveniunt, quod Deus per utrumque à voluntate certò exprimat quidquid voluerit. Enimverò cognoscit Deus scientiâ simplicis intelligentiæ tam gratiam cognitionis, quam gratiam volitionis, ad quam infallibiliter, sed liberè secutus est effectus seu actio voluntatis. Aliqui requirunt hinc scientiam mediam, sed eam suo loco rejecimus, & debet manere rejecta: sufficit prorsus, Deum scire possibile esse, hominem infallibiliter agere cum tali vel

tali gratia, cognitionis, aut volitionis, vel utriusque simul.

Nihil ergo aliud voluit S. Fulgentius, quam Deum certò & infallibiliter quos voluit Angelorum à lapsu defendisse. Quomodo autem istud effecerit, an per solam gratiam intellectus, an per gratiam intellectus & voluntatis simul; utrum fuerit necessaria scientia media vel factis fuerit scientia simplicis intelligentiæ, nec Fulgentius ibi, nec alii Patres hujus aut similibus verbis voluerunt definire.

Quando autem dicunt, Angelos steterisse per liberum arbitrium, & eorum perseverantium potius propriæ voluntati, quam gratiæ esse tribuendam, tunc satis clare docent, Deum non dedisse eis illam motionem voluntatis, per quam in hominibus lapsus verè ac propriè ipsum velle operatur. Illam, inquam, motionem seu gratiam sanantem, atque positivè indebitam, quâ debet natura vitiosa potenter impelli, ut velit, ut operetur, ut perseveret. Ea propter sic ipsum alloquitur S. August. Serm. 120. de Diversis cap. 15. *Manens in te Christus arripes instrumentum suum, linguam tuam velut gladium suum, utens corde tuo & voce tua tamquam possessor. Et Cone. 1. in Psalm. 34. Deum alloquitur, dicens: Apprehendis animam meam, & debellas inimicos meos. Ac mox subdit: Et quid est anima nostra, quamvis splendida comparat eam cum jaculo seu frama; quamvis produca, quamvis acuta, quamvis uncta, quamvis luce sapientia & coruscationis vibrata? Quid est ipsa anima nostra, aut quid potest, nisi Deus eam teneat, & pignus de illa?*

Non ita loquitur D. Aug. de humana natura integra, vel Angelis, quos Deus cum gratia habituali, donisque infusus, & consensu proportionato dimisit ipsorum arbitrio; istar peritissimi pictoris, qui, proposito exemplari, vnius filii sanam & vegetam manum non tenet, neque movet in pingendo; veluti tenet & movet manum infirmam & debilem alterius filii. Hinc Smil. sup. n. 654. censet, Aug. per liberum arbitrium, quo ait Angelos steterisse, aut potius stare; non intellexisse purum liberum arbitrium: sed (inquit) loquitur de libero arbitrio prout institutum erat, & creatum in iustitia originali, & nullum habebat bene operandi impedimentum; tunc enim ad perseverandum ei hæc sufficiebant cum generali consensu proportionato iustitiæ originali, sub qua nunc comprehendimus omnes habitus virtutum ab initio infusos; & in hoc differre docet adjutorii datum primo homini, & Angelo ab adjutorio, quod nunc hominibus datur ad perseverandum; quia homines carent nunc iustitia originali, habentque intrinseca & extrinseca bene agendi impedimenta quamplurima, ita ut absque speciali & quotidiano ac potentiori adjutorio ad perseverandum non sufficiant virtutes in iustificatione infusæ cum generali consensu illis proportionato. Ita Theod.

Et n. 655. ait, Augustinum non distinguere liberum arbitrium contra omnem gratiam; sed

sed contra illam abundantiorē & efficacem gratiam, quæ nunc ad perseverandum datur hominibus electis. Neque hic Auctor uspiam expresse meminit cœlestis illuminationis: sed neque ullibi expresse eam negat; unde verosimile est, ut notat Hieronimus Episcopus Iprensus 2. Part. Tract. 4. Disp. 2. num. 56. secundæ Edit. sub concursu, naturæ institutæ debito, fuisse ab ipso comprehensam. Et consequenter (inquit ille) perseverantia in Angelis, qui de facto perseverarunt, fuit speciale donum ultra actuale cooperationem Dei, saltem quoddam gratiæ congruam intellectus sint præventi, & à calu divinitus protecti. Juxta quod (prosequitur) Stephanus Descaamps lib. 3. contra Iansenium Disp. 3. fulc agens de hac materia per varia capita, distinguit adjutorium hominis integri, & lapsi; quod ille non indiguerit speciali motione voluntatis, præterquam ad primam volitionem bonam sive amorem castum, cui applicat August. lib. 12. de Civit. cap. 9. illud Apostoli: *Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum*, &c.

Sed si rectè inspicitur discursus Augustini, apparebit, ipsum etiam loqui de bonæ volitionis sive amoris casti perseverantia. Nec apparet solida differentia inter primam voluntatem bonam, & alias, nisi quoddam fortasse per illam se homo & Angelus disposuerit ad donum gratiæ habitualis, ideoque fuerit elicit per actuale adjutorium loco habitus, posterius naturæ infusus, uti plures volunt. Hæcenus illustrissimus. Quid ergo si habitus fuerit prius naturæ infusus? Censet, quod tunc Angelus & homo integer non indiguerint speciali motione voluntatis ad primam volitionem bonam? An fortè habitus, aut aliquid supplens vicem habitus, est specialis motio voluntatis in homine lapsio, quæ vocatur gratia efficaci, & operatur ipsum velle indeclinabiliter? Vel si non; ergo Angelus, & homo integer non habuerunt gratiam efficacem in voluntate respectu primæ volitionis, potius quam secundæ, aut tertiæ.

Profecto habitus, atque adeo quod supplet vicem habitus, non dominatur voluntati, sed potius voluntas habitui; & ideo habitus non est adjutorium quo, sed tantum adjutorium sine quo non. Ergo Angelus, & integer homo non magis habuerunt adjutorium quo ad primam volitionem, sive ad amorem castum, cum quo creati sunt, quam ad secundam, aut tertiam volitionem. Hæc dispice; & ocyus cognosces, quam omnia sint incerta, quæ tam fule ab Aliquibus hic disputantur.

Hoc certum est, hominem lapsum indigere potentiori gratiæ ad perseverandum, propter rebellionem appetitus sensitivi, sive fomite aut concupiscentiam, quæ mansit ex peccato originali, dicente D. August. Lib. de Corrupt. & Grat. cap. 12. *Nunc vero postquam est illa magna peccati merito amissa libertas* (scilicet, ut ait lib. 1. Cont. duas Epist. Pelag. cap. 2.

Thomas II.

Habendi plenam cum immortalitate justitiam) etiam majoribus donis adjuvanda remansit infirmitas. Et cap. 11. ejusdem Lib. *Proinde est non interim latiore nunc, veruntamen potentiore gratiæ indigent isti*, scilicet homines lapsi. An autem gratia Angeli & hominis in statu integro fuerit intellectus tantum, vel etiam voluntatis, ubi Scriptura proloquitur? Nusquam gentium. Scimus, aliquos Angelos fuisse in veritate, in qua conditi erant, alios ab illa veritate defecisse; constat quoque ex Scriptura, primum parentem, & nos omnes in illo, justitiam originalem, quam in sua creatione acceperat pro se & suis posteris, transgrediendo præceptum Dei, quod facillimè poterat adimplere, amisisse.

Reliqua, quæ hic disputantur ab Augustino, videntur esse extra auctoritatem Scripturæ, ut bene notat Estius 1. Dist. 41. §. 14. ubi agens de prædestinatione Angelorum, postquam respondisset ad dicta D. August. sic inquit: *Quod si nihilominus adhuc contendat aliquis, Augustini verba, quæ objecta sunt, huc inflecti non posse, puterque cum revera alterius esse sententiæ, tum respondebimus, ea quæ de adjutorio primi hominis & Angelorum obscurius, & ut videtur, extra Scripturæ auctoritatem, ab illo disputata sunt, ad hoc, ut ex ea comparatione gratia nostræ per Christum reparationis magis emerget, non debere præjudicare doctrinæ, quæ apud alios Patres, ipsumque D. Thom. in hujusmodi rebus exactissimum Doctorem, expressior reperitur, & maxime propter rationes, in eam partem gravissimas, & ut nobis videtur, insolubiles, & clarè in Scriptura fundatas. Sic ille.*

Cum ergo verba D. August. in hac materia oblectura sint, quis mihi metito succenseat, si ea sic interpretatus fuero, ut non officiant Conclusioni nostræ? Et si quæris, quæ sit ista interpretatio, jam edissero. Deus ab initio dederat homini bonam voluntatem, hoc est, volitionem; in illa quippe eum fecerat, qui fecerat rectum. Dederat & adjutorium cœlestis illuminationis, & gratiæ habitualis, sine quo in ea non posset permanere, si vellet; ut autem vellet, in ejus libero reliquit arbitrio. Posset ergo permanere, si vellet; quia non deerat adjutorium, per quod posset, & sine quo non posset bonum tenere, quod vellet. Sed quia noluit permanere, profecto ejus culpa est; ejus meritum fuisset, si permanere voluisset, sicut fecerunt Angeli sancti, qui, cadentibus aliis per liberum arbitrium ab amore superioris immutabilis boni (vel, ut Gelasius Pontifex ait: *A divina, quæ illustrabantur, gratia & participatione*) per liberum arbitrium, instructum innocentia & naturali possibilitate, steterunt ipsi in amore superioris immutabilis boni, amplius, hoc est, efficaci adjutorio gratiæ actualis adjuti, & hujus mansionis debitam mercedem recipere meruerunt, tantam scilicet beatitudinis plenitudinem, quæ eis certissimum sit,

li 2 semper

An gratia
status integri fuerit
intellectus
tantum, plane
incertum est.

285.
Responsio
Estii ad D.
Aug.

286.
Interpretatio
verborum
S. Aug.
Responsio

semper se in illa esse mansuros. Cui hæc expositio displicet, querat doctores, sed caveat, ne inveniat præsumptores.

287.
Angeli fuerunt prædestinati ante prævisa merita simili ratione, quæ homines.


Quis jam non videt, Angelos, secundum hanc expositionem, prædestinatos fuisse ante prævisa merita, simili ratione, quæ homines? Enimvero hoc efficax adiutorium gratiæ actualis, quod erat omnino necessarium, ut per liberum arbitrium Angeli starent, fuit principium omnis eorum meriti, ac proinde non poterat cadere sub meritum, ut suo loco dictum est de prima gratia actuali hominis lapsi. Sicut ergo propter hanc gratiam, quæ non cadit sub meritum, prædestinatio hominis lapsi dicitur gratuita in intentione; sic indidem propter istud adiutorium dici debet prædestinatio Angelorum gratuita in intentione; atque adeo eadem est ratio Angelorum, & hominum quoad causam prædestinationis ex parte illorum, quod & non aliud intendit nostra Conclusio.

288.
Deducitur ex verbis S. Fulgentii.

Professio cognoscitur (repeto verba S. Fulgentii lib. 2. ad Trasim. cap. 2.) uniformi cunctos (Angelos) opprimi potuisse ruina consortio, nisi quos vellet (visis congruis alloquens, aut aliâ viâ) à casu pravitatis virtus illa defenderet, quæ sola naturaliter mutari depravative non posset. Non ait: Quos liberum arbitrium defenderet, sed, Virtus illa defenderet. Et quæ ista virtus? Non alia (virtus) stantem Angelum (necdum indignum ac malè meritum) à ruina potuit custodire, nisi illa (inquit idem Sanctus eod. Lib. cap. 3.) quæ lapsum hominem (jam positivè indignum ac malè meritum) post ruinam potuit reparare. Vna est in utroque gratia operata, in hoc ut surgeret, in illo ne caderet: in illo ne vulneraretur, in isto ut sanaretur: ab hoc infirmitatem repulit, illum infirmari non sinit: ut qui gloriatur, non in seipso, sed (ut ait Apostolus 1. Cor. 1.) in Domino gloriatur. Quid ita? Cùm cognoscit (ut Sup. dixi ex D. August. lib. 11. de Gen. ad Lit. cap. 8.) non suum, sed illius esse, non solum ut sit; verum etiam ut non nisi ab illo benè sibi sit, à quo habet ut

sit. Finio Conclusionem & disputationem hisce verbis ejusdem S. Doct. Concione 2. in Platm. 70. quæ adhuc alibi recitavi: In aliis quidem cali sunt, in aliis Angeli sunt; sed Deo, non sibi debent quod sunt; Deo, non sibi debent, quod vivunt; Deo, non sibi debent quod justè vivunt; Deo, non sibi debent quod beate vivunt. Quapropter hæc est nostra, omniumque Sanctorum Angelorum, in conspectu throni Dei procidentium, confessio: Benedictio, & claritas (id est, gloria) & sapientia, & gratiarum actio, honor, & virtus, & fortitudo Domino nostro in secula seculorum. Amen.

Tranſeamus ad disputationem quartam, quæ erit de Fide: cuius unica radix est prædestinatio, uti cum S. August. stabilivimus sup. Sect. 5. num. 256. & seq. Radicem ergo prædestinationis sequitur arbor Fidei. Disputamus quoque in præcedentibus varia, & præcipuis Fidei mysteriis, quorum difficultates non exhaustimus. Ut pius Lector hæc quoque Myſteria firmiter teneat & nullatenus dubitet, subiungimus seutum Fidei. Spectat etiam Fides ad Theologiam spiritualem viatorum quam maximè; uti & ad Materiam de Deo, cum vocari solet virtus divina & Theologica, sicut spes & charitas. Ratio est, quia hæc tres virtutes sunt propriæ Christianis, qui soli sunt veri Dei cultores per fidem, spem & charitatem. Undè S. August. Enchir. cap. 30. ad interrogationem: Quomodo modo sit colendus Deus? Resp. fide, spe, charitate colendum Deum. Et cap. 6. ait: Ut igitur ad illa tria redeamus, per quæ discimus colendum Deum, fidem, spem, charitatem: facile est, ut dicatur, quid credendum, quid sperandum, quid amandum sit. Respiciunt insuper virtutes hæc pro objecto formali quod, ipsum Deum, & in substantia supernaturales sunt. Fides verò origine prima à Concil. Trid. Sess. 6. cap. 8. dicitur: Humana salutis initium, fundamentum & radix omnis Iustificacionis, sine qua impossibilis est placere Deo, & ad filiorum ejus consortium pervenire. Erit ergo



DISPV.